sit seruitus: tñ si quis ipediat̄ in ea: ipse
poterit agere ad istar confessorie actio
nis i rem cū sit eadē ratio: ergo sic idē
ius. Jtē iurisditio est res incorporalis:
⁊ in vsu suo habet causā inīcpellatā:
vt seruitus itineris actus vel vie. De si
milib⁹ autē procedit̄ ad similia. vt. ff. d
leg. l. non possunt. Et sic format⁹ est ꝑ-
dictus libellus ⁊ sic de consuetudine ob
seruatus ⁊c. Sententia iuxta predi
cti libelli formam proferenda. Cū di-
ctus actor sufficienter probauerit inten
tionem suā: seu contenta in dicta petio
tione sua: idcirco per sententiam in his
scriptis pronūciam⁹ decernim⁹ ⁊ decla
ramus predictam omnimodam iurisdi
ctionē dicti territorij cellenoue ꝑtinere
ad dictū actorem: ⁊ eam esse suā vel q̄si
⁊c. vt i ꝓcedēti libello sñia est formata.

Octau⁹ libell⁹ de confessoria in rē
pro seruitute personali vsufructus.

Corā vobis dño iudice montispes-
sulani dicit ⁊ ꝓponit in iudicio. P. con-

tra. M. q dict⁹ reus possidet quendã: fundũ situm in territorio de col. de fi. & sic confrontatum: in quo fundo dicto actori cõpetit seruitus vsufructus. Unde cũ dictus reus ipsum impediat i pdicta seruitute: nec patiat eũ vti & frui: agit contra eũ: & petit a vobis dicto dño iudice: vt eundẽ actorẽ hr̃e seruitutẽ vsufruct⁹ in pdicto fundo p vestrã sententiã declaretis. Et dictũ reũ vt dictũ actorẽ patiat vti pdicta seruitute: & q caueat ne ipsũ in futurũ impediat sentẽtialiter cõdẽnetis: necnon & i fructib⁹ quos estimat decẽ sextarios bordei: necnõ & in alio suo interẽe: qd estimat. xx. solidos turonẽses per candẽ sententiã cõdẽnetis: & condemnatũ ad pdicta iuris remedijs cõpellatis. Petit etiã expẽsas factas occasione p̃sentis cãe: & ptestat de faciẽdis & futuro interesse suo loco & tempore declarãdis: implorãs vestrũ officiũ dñe iudex &c. Probat insti. de actioñ. §. eque si agat &c. ff. si vsufru. pe. l. in. in pricipio.

¶ Sentẽtia formaf iuxta libellũ vt supra in alia cõfessoria formata est &c.

¶ Nonus libellus d iure seruitutis pecoris pascendi.

¶ Corã vobis dño iudice de latis dicunt & pponũt in iudicio Colinus bertrãdi & Gerardus iauẽ consules mõtispessulañ. cõtra. p. & Guilielmũ habitatores castri de latis: & contra ticiũ & sempronium curiales: seu deseruientes dicti castri: q homines vniuersitatis ville mõtispessulani habẽt ius seu quasi seruitutẽ depascendi pecora sua: in pascuis: in territorio dicti castri de latis sic & sic cõfrontatis: & vsi sunt depascere pecora: habuerunt in mõtepessulano: & pascuis in territorio predictis: tãto tempore: cuius contrarium in memoria hominũ non existit. Unde cum predicti rei supra nominati impediant homines montispessulani vti predicto iure seu quasi seruitute predicta: agunt predicti cõsules cõtra eos nomine vniuersitatis seu hominum predicte ville montispessulani. Et petunt a vobis dño iudice: vt dictũ ius seu predictam vel q̃si seruitutẽ depascẽdi pecora: pertinere ad dictos homines vniuersitatis ville predicte: in predictis pascuis & territorio per vestram sentẽtiã declaret: & dictos reos vt dictos homines predicte ville: predicta q̃si seruitute vti patiant: & vt caueãt ne in futurũ eos vti impediãt sentẽtialiter cõdẽnetis: & cõdẽnatos ad predicta iuris remedijs cõpellatis. petũt expeñ. &c: implorant vestrum officium &c. vt s. in plurib⁹ alijs libellis. Probatur predictus libellus: quia seruitus depascendi est seruitus rustica. vt. ff. d serui. rusti. pre. l. j. §. i predijs & insti. de seruitu. §. i rusticorum. Et potest eã habere vniuersitas. vt. ff. si seruitus vẽ. l. testatrix. §. j. Et pro seruitutibus agit cõfessoria. vt. ff. e. l. ij. in prin.

¶ Sentẽtia pportionaliter iuxta libelli sequentis sentẽtiam cõcipi potest: parua est differentia: nisi q precedẽs libellus & sententia fundant sup iure seruitutis depascẽdi pecora: sequẽs aũt libellus & sentẽtia fundat sup cõsuetudie seruilis seruitutis.

¶ Decim⁹ libellus de cõsuetudine seruitutis depascendi pecora.

¶ Coram vobis dño iudice de latis dicũt & proponũt in iudicio Colinus Bertrandi & Gerardus rauci consules mõtispessulani cõtra Petrũ & Guillermũ habitatores castri de latis. & cõtra Titiũ & Semproniũ seruientes curie pdicti castri. Q d hoies vniuersitatis ville mõtispessulani habẽt ex cõsuetudine legitime pscripta ius pascendi pecora sua: in pascuis & teritorio dicti castri: sic & sic con-

frōtatis. Unde cum predicti rei supra nominati impediant hoīes p̄dicte ville montispessulani in predicta ꝯsuetudine iuris pascēdi agūt dicti ꝯsules nomine vniuersitatis seu hoīum ville p̄dicte mōtispessulani: ꝯtra p̄dictos reos: ⁊ petūt a vobis dicto dn̄o iudice: vt dictos homines montispessulani hr̄e ius pascendi pecora sua ex ꝯsuetudine legitime p̄scripta in pascuis ⁊ territorio p̄dictis p vr̄am sn̄iam declaretis. Et dictos reos vt p̄dictā ꝯsuetudinē obseruent: ⁊ custodiāt: nec dictos hoīes montispessulani in vsu p̄dicte ꝯsuetudinis ipediāt sn̄ialiter ꝯdennetis: ⁊ ꝯdēnatos ad predicta iuris remedijs cōpellatis. Et petunt expēsas ⁊c̄. implorat officiū ⁊c̄. ℂ Probat̄ insti. de iure naturali. §. ex nō scripto. ⁊. ff. de. le. l. de quib⁹: ⁊. l. sc. cū simili. Recte dr̄ habent ꝯsuetudineꝫ: alias nisi haberēt ex ꝯsuetudie vel al's ex ꝟuitute: ipsi nō posent in p̄dictis pascuis depascere pecora sua. vt. C. de pascuis. pu. vl' pri. l. ij. li. xj. Licꝫ sit ꝯtra. de pace tenenda ⁊ ei⁹ vio. l. vna in fi. col. x. Sed nos nō vtimur illa lege: nec lex dꝫ reputari: cū ⁊ duelluꝫ pmittat. ℂ Sn̄ia iuxta p̄dicti libelli formā pferēda. Cū dicti cōsules pbauerit sufficient̄ intētionē suā: seu ꝯtēta in dicta petitiōe sua: idcirco p sniaꝫ i his scriptis pnūciam⁹ ⁊ declaram⁹ hoīes ville montispesulāi hr̄e ex ꝯsuetudie legitime p̄scripta ius dpascēdi pecora sua i p̄dictis pascuis ⁊ teritorio delatis ⁊ ꝯdēnamus dictos reos vt dictā consuetudinē custodiant ⁊ obseruent ⁊ dictos homines in vsu predicte consuetudinis non impediant i futurū: ⁊ nihilominus condēnamus dictos reos i. x. libris dandis dictis ꝯsulibus p expēsis.

ℂ Undecimus libellus de negatoria in rem actione.

ℂ Corā vobis dn̄o iudice mōtispessulani dicit ⁊ pponit i iudicio. p. ꝯtra M. ꝙ dictus actor tenet ⁊ possidet quendā fundū situm in teritorio sancti Cornelij sic ⁊ sic ꝯfrōtatū vnde cū dicto reo non cōpetat seruit⁹ nec q̄si itineris ad dictaꝫ vineā p dictū fundū: agit dict⁹ actor cōtra dictū reū: ⁊ petit a vobis dicto dn̄o iudice: vt dictū reū nō hr̄e seruituteꝫ nec q̄si itineris p dictū fundū ad p̄dictā vineaꝫ eundi: ⁊ p̄dictū fundū esse liberuꝫ a p̄dicta seruitute vel q̄si seruitute p vr̄ā sentētiā declaretis. Et dictū reum ne decetero vadat p dictū fundū ad dictaꝫ vineā: ⁊ ꝙ caueat de non eundo in futurū: ⁊ vt interesse p̄ster qd̄ extimat actor. xx. solidorum turoneū. sentētialiter condēnetis: ⁊ condēnatum ad predicta iuris remedijs cōpellatis: petit expēsas occasiōe p̄sentis cāe factas. ⁊ ptestat̄ de faciendis: ⁊ de futuro interesse suo in pcessu p̄sentis cause declarandis: implorās vestrū officiuꝫ dn̄e iudex in his in qb⁹ de iure fuerit implorādū. ℂ Probat̄. s̄. p iura ad libeliū sup cōfessoria actōe allegata. ℂ Et est notādum ꝙ negatoria actio cōpetit dn̄o vel quasi dn̄o fundi in quo negat̄ seruitus deberi: vt. ff. si serui. ven. l. j. in prin. Circa qd̄ est aduertendū: ꝙ vbi reus contra quem agit̄ negatoria non est in q̄si possessione seruitutis: est ꝯmoduꝫ actoris: ꝙ non oporteat euꝫ probare se dn̄m vel quasi dicti fundi pquo agit̄ negatoria Scd̄o est notādū: ꝙ si reus ꝯ quē agit̄ negatoria: sit in q̄si possessione seruitutis vt in casu nostri libelli posset apparere: qz iter ibi euidenter apparet calcatū esse pedibus vel paratuꝫ p gradus vel cliuos: vt. ff. de serui. vrba. pre. §. j. Tūc ille reus inter alia habꝫ triplex commodum ex illa quasi possessione. Primū ē

quia

q₂ actor h₃ necesse ꝓbare se esse dñ₃ vel q̄si illi⁹ fundi ꝓ quo agit̃ negatoria: al's succūberet. Scđm est: ꝙ ille re⁹ non h₃ necesse ꝓbare ꝯstituētē fuisse dñ₃ p̄dij: in quo dicit seruitute₃ fuisse ꝯstitutam: q₂ glib₃ fund⁹ p̄sumit̃ liber a seruitute iposita: vt nota. ff. de ꝓba. l. croca. Tertiū est ꝙ non op₃ reū ꝓbare se esse dñ₃ fundi cui dicit seruitutē deberi. Et p̄dicta colligunt̃ ꝛ habent̃. ff. de seruitu. l. si cut. §. s₃ si q̄rit̃. ꝛ. ff. si vsufru. pe. l. pe. ꝛ instit. de interdi. §. ꝯmodū. Snia iuxta p̄dicti libelli formā ꝓferenda. Cu₃ dict⁹ actor sufficienter ꝓbauerit intentione₃ suā: seu ꝯtenta in dicta petitiōe sua: ꝛ re⁹ non ꝓbauerit se h̄re aliquā seruitute₃ vel quasi: itineris per dictū fundū ad dictā vineā: idcirco per sniam in his scriptis pronūciam⁹ ꝛ declaram⁹: dictū fundū esse liberū a dicta seruitute vel q̄si: ꝛ dicto reo non deberi seruitutē vel q̄si itineris ꝑ dictū fundū ad dictā vineā: ꝛ ꝯdēnam⁹ dictū reū: ne d̉ cetero vadat iure ꝟuitutis vel q̄si itineris p̄dicti ꝑ dictū fundū: ad dictā vineā: ꝛ vt cautionē p̄stet: ne de cetero ꝑ illū fundū illo iure vadat. Ite₃ q₂ ꝯstat nobis de interesse dicti actoris in. xx. solidis turoñ. q₂ dict⁹ re⁹ sic iuit per dictū fundū: condēnamus p̄dictū reū in p̄dictis vigiti solidis turoneñ. dandis dicto actori. Et nihilomin⁹ condēnam⁹ dictū reū in centū solidis turoneñ. dandis dicto actori pro expensis presentis cāe cū actor taxatione nostra precedente delato a nobis iuramento iurauerit se expendisse predictos centū solidos turoñ. occasiōe p̄ntis cāe.

¶ Duodecim⁹ libellus de publiciana pro re mobili.

¶ Cora₃ vobis dño iudice montispessulani dicit ꝛ proponit. P. contra. M. ꝙ dict⁹ re⁹ possidet seu tenet ꝛ facultatem restituendi h₃: quenda₃ equum pili mauri stellatū in fronte: ad dictū actorem pertinentem iure q̄si dñij: pro eo q₂ ipsum emit ꝛ per traditionem accepit a Titio: quem credidit esse dñm dicti eq: ꝛ verū non erat: vnde cū dict⁹ re⁹ equū restituere contradicat: agit cōtra eū: ꝛ petit a vobis dicto dño iudice: vt dictū equū ad dictū actorem pertinere iure q̄si dñij: q̄si ipsum vsuceperit: licet in veritate ip̄m non vsuceperit: per v̄ram sententiam declaretis. Et dictū reū ad restituendū dictū equū dicto actori sententialiter condēnetis ꝛ ꝯdemnatū ad restituēdū iuris remedijs ꝯpellatis ꝛc̃.

¶ Probat̃ insti. de acti. §. sed iste. ꝛ. ff. de pub. l. j. ꝛ. l. cū q. §. publiciana actio. Inter cetera dicit actor in libello dictū equū ad eū pertinere iure q̄si dñij ꝛ d₃ intelligi: q̄si dñij. s. q̄si directi: q₂ a directo dño credidit eū acqrere. Item petit actor dictum equum quasi ipsum vsuceperit: ꝛ sic recte format⁹ est libell⁹: super re mobili: in q̄ sicut per vsucapionem acquirit̃ directū dñium: ita per illam q̄si vsucapione₃: que pretendit̃ in publiciana: agit̃ iure quasi dñij directi. Item si probat illū a quo dictus equ⁹ fuerit emptus: fuisse dñm equi: succūbet actor in publiciana actione: sed ipse poterit redire ad rei vendicationem directam: ꝛ in ea obtinebit: vt nota. in. §. sed iste. cum concor. ¶ Sententie condemnatorie in predictis ꝓ re mobili ꝛ re ꝓ immobili formas non reperio scriptis illi⁹ doctoris insertas: s₃ faciliter possunt ex p̄dictis colligi: ꝛ iuxta petitionū formas concipi iuris dictamine suffragante.

¶ Tertiusdecimus libellus de publiciana pro re immobili.

¶ Coram vobis dño iudice mōtispessulani dicit ꝛ proponit in iudicio. P. cō

tra. M. ꝙ dictus reꝰ poſſidet ſeu tenet ⁊ facultatē reſtituēdi habꝫ: quēdaꝫ fundum ſic ⁊ ſic ꝯfrontatū: ad dictū actorē iure q̈ſi vtilis dñij pertinētē: ꝓ eo ꝙ eū emit: ⁊ per traditionē accepit a Titio: quē credidit tūc hr̄e directā dñiūꝫ vel vtile dicti fundi: ⁊ verū nō erat. Vñ cū dictus reꝰ: dictū fundū reſtituere ꝯtradicat: agit dictꝰ actor ꝯtra eū: ⁊ petit a vobis dicto dñō iudice vt dictū fundū ad dictū actorē pertinere iure q̈ſi dñij: vel vtilis dominij: quaſi predictuꝫ fundū preſcripſerit: licꝫ verū nō ſit: ꝑ veſtraꝫ ſententiam declaretis. Et dictū reū ad reſtituēdū dictū fundū dicto actori vna cū fructibꝰ ſentētialiter ꝯdēnetis: ⁊ ꝯdēnatū ⁊c̄. ¶ Probat̄. ff. d̄ pub. l. cū ſpōſus. §. i vectigalibꝰ. Et ꝑ mobili dꝫ agi iure q̈ſi dñij directi q̈ſi eū actor: vſucepe pit licꝫ verū non ſit. Sꝫ ꝓ fundo q̄ eſt res imobilis dꝫ agi iure q̈ſi vtilis dñij q̈ſi actor ip̄m p̄ſcripſerit: licet verū nō ſit. Et ſic p̄dictū verbū q̈ſi vſucepiſſe poſitū ē inſtitu. de ac. §. ſꝫ iſte. Et ꝓponit̄ ꝓprie ⁊ iproprie. Proprie ꝓ re imobili: i q̈ hꝫ locū vſucapio. Et iproprie ꝓ re imobili in q̈ ꝓpria nō hꝫ locū vſucapio: ſed ſolū p̄ſcriptio. nota. iſti. de vſucapi. circa prin. ſcꝫ ꝙ verbū vſucapiant̄ ponit̄ ibi ꝓprie ꝓ re mobili: ⁊ improprie pro re imobili. ⁊ illud no. ff. de vſucap. l. iij.

¶ Circa p̄dictos duos libellos dicit q̄dā: ꝙ publicianiſta habet vtile dominiuꝫ. ⁊ no. ff. de publi. l. ſi ſeruꝰ. de aq. re. do. l. traditio. i p̄n. Et notauit hic dñs Azo i ſumma ſua inſti. de actio. Et ſcḋm hoc eſſent aliter formādi libelli: ⁊ indiſticte actor agēdo publiciana actione in rem: deberet dicere rem ad ſe pertinere iure vtilis dominij. Sꝫ credo predictos libellos ſufficienter formatos eſſe de iure: publicianiſta eni non habet aliquod vtile dominium verum ſeu exiſtens. vt dictuꝫ eſt ſupra in principio libelli: licet vtile dominium habeat ſimilitudinariũ: ſeu ex quadam fictione iuris intantum ꝙ poteſt agere quaſi dominus: nō ꝙ ſit dominus iure directi dominij: nec dominij vtilitis: ſed ſolum iure ſimilitudinario vtilis ſeu ficti dominij Et iuxta iſtū intellectum dominus Azo videtur dixiſſe inſti. de actio. in ſumma ſua: ꝙ vtile dominium quod contingit per publicianam: poteſt eſſe duoꝝ in ſolidū Quod non dixiſſet: ſi de vero dominio locutus fuiſſet: quod habetur i preſcriptione vel quod habet emphitheota verus: vt ſupra in ſecundo libello dictum eſt. Impoſſibile eſt enim duos habere in ſolidum vtile dominium: ſeu verum eiuſdem rei: licet in ficto vtili dominio: ſeu in quaſi dominio poſſit eſſe verum illud quod dominus: Azo ibi dixit. Sꝫ hodie in q̈ſi dominio de quadaꝫ generali conſuetudine curiaruꝫ licet ſit contra ius ſcriptuꝫ: poteſt formari libellus largius. Poterit dicere actor ſimpliciter rē ad ſe pertinere iure dominij vel quaſi que verba important dominiuꝫ directū ⁊ q̈ſi directū: ⁊ vtile: ⁊ quaſi vtile: effectū dominij ſeu quaſi dominij: vt dictuꝫ eſt ſupra in tertio libello. Caueat tamē diſcretꝰ aduocatꝰ: an expediat actori ita generaliter loq in libello: q2 periculoſuꝫ erit: ſi ſuccūbat in lite: q2 omnem cauſaꝫ videbit̄ vna petitione comprehendiſſe vt. ff. de excepti. re. iudi. l. ⁊ an eadeꝫ. §. actiones: cū ꝯcor. ¶ Snie iuxta predicti libelli formam proferende exemplū non reperi: ſꝫ faciliter concipi poteſt: vt de alia ſnia proxime eſt predictum ⁊c̄.

¶ Quartuſdecimus eſt de reſtitutiōe in integruꝫ ad effectum vt q̄s agere poſſit reſciſſoria in rem actione.

¶ Coram vobis dño iudice montis-
pessulani dicit ꝛ proponit i iudicio. P.
contra Martinum: ꝙ cū dictus actor
ꝛ dict⁹ re⁹ fouerēt domiciliū in monte-
pessulano: dict⁹ re⁹ tenuit ꝛ possedit iu
sto titulo per decem annos q̄ndā vineā
sitam in territorio de Goldelfi. sic ꝛ sic
confrontatā: ꝛ ita eā prescripserat bo-
na fide: q̄ vinea ante prescriptionē pre
dictā ptinebat ad dictū actorē iure dñij
vel q̄si. Item asserit dict⁹ actor: ꝙ de. x.
annis predictis: per quos predict⁹ re⁹
tenuit ꝛ possedit dictam vineam: dict⁹
actor fuit absens cā reipublice: vltra in
exercitu imperatoris ꝯtra sarracenos
per vnū annū continuū. Et sic non po
tuit dictū reū conuenire: nec rem ab eo
vendicare: ꝛ multo min⁹ hodie: q2 p̄scri
ptio est completa cū āt ex p̄dicta absen
tia dict⁹ actor ꝛ sit ꝛ fuerit lesus: petit ꝛ
supplicat vobis dicto dño iudici vestrū
offm̄ implorando vt ip̄m per vestram
sententiā prescriptionem predictam vo
cato dicto. M. in integrū restituatis. s.
predictū annū q̄ fluxit in p̄dicta absen
tia sua d̄ medio subducēdo taliter ꝙ re
scissa predicta p̄scriptiōe dict⁹ actor pos
sit predictam vineam per actionem in
rem rescissoria vendicare. ¶ Probat̄
insti. de acti. §. rursus in fi. ¶ Sēten-
tie iuxta predicti libelli formam proferē
de exemplū seq̄t̄: ꝛ est tale. Cū dict⁹ ac
tor sufficienter probauerit intentio-
nem suā: seu contenta in dicta petitione
sua supplicatione: idcirco per hanc no-
stram sententiam in his scriptis: ip̄m
restituim⁹ in integrū: aduersus illi⁹ an
ni spaciū in quo ipse fuit absens ꝛ dictū
annū sibi de medio subducim⁹: decernē
tes ꝙ non obstante predicti anni spacio
dict⁹ actor supplicans possit dictam vi
neā suam actione rescissoria vēdicare.

¶ Quintusdecimus libellus de rescis
soria in rem actione.

¶ Coram vobis domino iūce monti-
spessulani dicit ꝛ proponit in iudi. P.
contra. M. ꝙ dict⁹ re⁹ possidet seu te-
net ꝛ facultatem restituendi habet quā
dam vineam sitam in territorio de Gol
delfi. sic ꝛ sic confrontatam: quam vine
am cū pertineret retroactis temporib⁹
ad dictū actorem iure dñij vel q̄si. dict⁹
reus tenuit bona fide ꝛ iusto titulo per
x. annos: ꝛ sic dictam vineā prescripsit
ī. quos. x. annos dict⁹ actor fuit absens
cā reipublice per vnum annū continuū
Unde cū temp⁹ illius anni qd̄ fluxit in
eiusdē actoris absentia predicta: sit de
medio subductū: in integrū restitutione
a competente iudice rite ꝛ iuste obten-
ta: agit dict⁹ actor contra dictū reū ꝛ pe
tit a vobis dicto domino iudice: vt dictā
vineam dicto actori non obstante pre-
dicta prescriptione restituat sententia-
liter condemnetis: ꝛ condēnatū ad re-
stituendū iuris remedijs compellatis:
petit etiam expensas ꝛc̄. implorans ve
strū offm̄ ꝛc̄. ¶ Probat̄ insti. de act. §.
rursus. ¶ Snie iuxta predicti libelli
formam proferende tenorem non repe
ri: ꝛ nō erat necessariū iserere: q2 iuxta
petitionis seriem pōt faciliter ordinari

¶ Sextusdecimus de actione in fa-
ctum pauliana.

¶ Coram vobis dño iudice montis-
pessul. dicit ꝛ proponit in iudicio. p. con
tra. M. ꝙ dict⁹ re⁹ possidet seu tenet:
ꝛ fatultatem restituendi habet quendā
fundum situm in territorio sancti mar.
de primeto. sic ꝛ sic confrontatum: quē
fundum ticius debitor dicti actoris in
decem li. turonen̄. ex causa mutui indi-
ctum reū alienauit in fraudem eiusdē
actoris: dicto reo fraudem participāte.

vnde cum dictꝰ actor bona dicti ticij de-
bitoris sui excusserit: ⁊ iussus fuerit au-
ctoritate ꝯpetentis iudicis bona dicti ti-
cij possidere nec tñ põt debitũ suũ recu
perare .s. p̃dictas .x. lib. turoñ. cũ dictus
reꝰ nó inueniat̃ aliq̃ bona side posside-
re: agit dictꝰ actor ꝯ̃ dictũ reũ: vt sibi di-
ctũ fundũ restituat. ⁊ petit a vobis dicto
dño iudice: vt dictũ reũ ad restituendũ
dictũ fundũ dicto actori cũ fructibꝰ q co
herebãt dicto fundo tp̃e alienationis:
cũ fructibꝰ quos dictꝰ reus ꝑcipiebat:
vel percipere poterat post lit̃. ꝯtesta. de
dicto fundo ꝑ vestrã sñiam ꝯdẽnetis:
⁊ ꝯdẽnatũ ad restituẽdũ iuris remedijs
ꝯpellatis. Petit expeñ. ⁊c̃. Implorat of
ficiũ ⁊c̃. ¶ Probat̃ insti. de ac. §. si qs
in fraudẽ. ¶ Sentẽtie iuxta p̃dicti li-
belli formã ꝓferende tenorẽ non reperi:
⁊ non erat necessariũ: p̃sentibꝰ inserere
ex cã in libello. s̃. proxime iã predicta.

¶ Decimusseptimus de hypothecaria actione.

¶ Corã vobis dño iudice mõtispessu
lani dicit ⁊ ꝓponit in iudicio. P. contra
M. ꝙ dictus reus possidet ⁊ tenet: ⁊ fa
cultatẽ restituẽdi hꝫ quẽdã fundũ sitũ
in territorio de p̃meto: sic ⁊ sic ꝯfronta-
tũ: Quẽ fundũ cũ ꝑtineret ad meuiũ iu
re dñij vel quasi: idẽ meuius obligauit
seu hypotecauit dicto actori ꝓ .x. libris
turoneñ. in qbꝰ dictꝰ meuiꝰ tenebat̃ sibi
ex cã mutui: vñ cũ nondũ sit satisfactũ
dictũ actori de p̃dictis .x. libris: agit di-
ctꝰ actor ꝯtra dictũ reũ: vt dictũ fundũ
ꝑtinere ad dictũ actorẽ iure hypothece
ꝑ vrãm sñiã declaretis: dictũ reũ ad re
stituẽdũ dictũ fundũ dicto actori sentẽ-
tialiter ꝯdẽnetis: ⁊ ꝯdẽnatũ ad restituẽ
dũ iuris remedijs ꝯpellatis: petit ẽt ex-
pẽsas ⁊c̃. ¶ Probat̃ insti. d̃ acti. §. itẽ
seruiana. ¶ Sententie iuxta p̃dicti li-
belli formã ꝓferẽde exẽplũ seqt̃: ⁊ est ta
le. Cũ dictꝰ actor ꝓbauerit intentionẽ
suã seu ꝯtenta i dicta petitiõe sua: idcir-
co per nr̃am sñiam in his scriptis ꝓnũ
ciamꝰ ⁊ declararamus dictũ fundũ ꝑti
nere ad dictũ actorẽ iure hypothece: ⁊
ꝯdẽnamus dictũ reũ ad restituendum
dictũ fundũ dicto actori tãdiu ꝑ dictum
actorẽ tenẽdũ: donec de p̃dictis .x. libris
turoñ. sibi fuerit plenarie satisfactum.
Et nihilominus ꝯdẽnamus dictum re
um in centum solidis turonensibus dã-
dis dicto actori pro expensis ⁊c̃.

¶ Decimusoctauꝰ de actione de constituta pecunia.

¶ Corã vobis dño iudice mõtispessu
lani dicit ⁊ ꝓponit in iudicio. P. ꝯ̃ M.
ꝙ cũ Titiꝰ debeat dicto actori .x. libras
turoñ. dictꝰ. M. dixit dicto actori. ꝙ ip
se satisfaceret ei de p̃dictis .x. libris tu-
roñ. ꝑ dictũ titiũ sibi debit̃: vñ cũ dictꝰ
titiꝰ adhuc debeat dictas .x. lib. turoñ. ⁊
dictꝰ. M. reꝰ eas dicto actori soluere ꝯ̃
dicat: agit dictꝰ actor ꝯ̃ dictũ reũ ⁊ petit
ab eo p̃dictas .x. libras turoñ. sibi dari.
Et petit ẽt a vob̃ dicto dño iudice vt p̃di
ctũ reũ in. p̃dictis .x. li. turoñ. dãdis di-
cto actori ꝑ vrãm sñiam ꝯdẽnetis ⁊ ꝯdẽ
natũ ad dãdũ iuris remedijs ꝯpellat̃
petit ẽt expẽsas iã factas occasiõe p̃ntis
cãe: ⁊ ꝓtestat̃ de faciẽdis q̃s expeñ. de-
clarabit suo loco: ⁊ debito tp̃e ꝓut de iu-
re fuerit declarãdũ: iplorãs dñe iudex
vr̃ũ offĩm i his i qbꝰ ẽ i p̃nti cã vel de iure
fuerit iplorãdũ. ¶ Probat̃ isti. d̃ ac. §. si
i ꝑsonã ⁊c̃. ¶ Sñie iuxta p̃dicti libel
li formã ꝓferẽde exẽplũ seqt̃ ⁊ est tale.
Cũ dictꝰ. P. sufficiẽter ꝓbauerit inten
tionẽ suã seu ꝯtenta i dicta petiõe sua:
idcirco ꝑ nr̃am sñiã i his scriptis con
dẽnamꝰ dictũ. M. i p̃dictis .x. li. turoñ.
in dicta petitiõe ꝯtẽtis dãdis ⁊ soluẽdis

dicto.p.⁊ in.xl solid.turo.ꝓ expeñ.q̃s idē.p.fecit occasiōe pñtis cāe: cū idē.p. delato sibi a nob iuramēto iurauerit ad scā dei euāgelia taxatione nr̄a ꝑdicta ꝑhabita: se expendisse ꝑdictos.xl.solidos turonē.occasione presentis cāe ⁊c̃.

¶ Decimusnonus de actione ex venditio de peculio.

¶ Corā vobis dño iudice mōtispessulani dicit ⁊ proponit i iudicio.p.ꝯ.M. ꝙ dict⁹ actor vēdidit ⁊ tradidit martineto filio dicti M.⁊ in ci⁹ ꝑtāte exñti centuꝫ sextaria bordei ꝑcio.x.lib.turo.vñ agit dict⁹ actor.⁊ petit.vt ꝑciū illi⁹ det ⁊ soluat: ⁊ petit a vobis dicto dño iudice vt predictū.M.i ꝑdictis.x.li.turo.dandis ⁊ soluēdis dicto actori: ꝓut vires peculij martineti filij sui patiunť ꝑ vr̄am sniam ꝯdēnetis: ⁊ ꝯdēnatū ad dādū ⁊ soluēdū iuris remedijs ꝯpellatis: cū expēsis pñtis cāe factis ⁊ faciēdis: q̃s in ꝓcessu pñtis cāe declarabit iplorās viꝫ offm̃ ⁊c̃. ¶ Probať isti.de ac.§.in ꝑsonā ⁊.ff.de pecul'.l.sꝫ si dānū.§.peculiū. Et legiť hoc actiōe ex vēdito de peculio nec em̃ actio de peculio ē ꝓpriuꝫ nomen actiōis: sꝫ ē q̃dā deiectio.vt.ff.de pecul.l.sꝫ.§.iulian⁹.⁊ ē actio ꝑsonalis: vt isti.de ac.§.in ꝑsonā. ¶ Snīe iuxta ꝑdicti libel.formā ꝓferēde exēplū seqť: ⁊ ē tale. Cū dict⁹ actor sufficiēter ꝓbauerit itētionē suam: seu ꝯtēta in dicta petitiōe sua: ⁊ inter alia ꝓbatū sit eē.xv.l.turo. in peculio dicti martineti. Et ediuerso dict⁹ reus ꝓbauerit sibi ⁊ alijs q in ꝑtāte ci⁹ sunt deberi a dicto martineto filio suo.x.lib.turoñ. vñ illis deductis nō remanēt in peculio nisi.c.sol'.turo. Idcirco ꝑ nr̄am sniam in his scriptis ꝯdēnamus dictū.M.in centū soli.turoñ. i peculio deductione ꝑdicta facta restātib⁹ dādis dicto actori ⁊c̃. ¶ Probať.ff.de pecul'.l.sꝫ si dānū.§.j.⁊.ij. Sꝫ cū.x.lib. sint petite in libello: ⁊ ꝯdēnatio facta sit in.c.sol'.turo.⁊ de alijs cētum taceť: q² nec facta ē cōdēnatio nec absolutio sup eis: videreť ꝙ ꝑdicta snīa sit nulla vt ff.de do.excep.apd celsuꝫ.§.itē.queriť. Sꝫ si dicis ꝙ.x.li.nō fuerit petite ꝑcise sꝫ peculio ten⁹: ⁊ q̃tū vires peculij paterenť: q̃re iudex potuit ⁊ dbuit de illis alijs centuꝫ solid.tacere: ⁊ sic valet snīa.

¶ Vicesimus libellus de actione in factum ex iureiurando.

¶ Corā vobis dño iudice mōtispessulani dicit ⁊ ꝓponit in iudicio.P.ꝯ.M. ꝙ cū idē.p.peteret.x.li.a.d.m.q̃s.sibi debebat ⁊ dict⁹.M.negaret se eas debere: dict⁹.M.detulit iusiurādū dicto.p.⁊ ꝙ iuraret ꝑ deū sibi deberi ꝑdictas.x.li.tur.a.d.M.⁊ icōtinēti suscepto dicto iuramēto ꝑ dictū.p.idē.p.iurauit ꝑ deū sibi deberi a.d.M.ꝑdictas.x.li.tur.q̃r agit dict⁹ actor ꝯ dictuꝫ reū: vt sibi det ⁊ soluat ꝑdictas.x.li.tu.⁊ petit a vobis dicto dño iudice: vt dictū reū i ꝑdictis.x.li.tur.dādis dicto actori: ꝑ vr̄aꝫ sniam ꝯdēnetis: ⁊ ꝯdēnatuꝫ: ad dādū iuris remedijs ꝯpellatis ⁊c̃. ¶ Probať insti.de ac.§.itē si qs postulāte.ff.de iureiur.l.iij.in ꝑn.⁊.l.nō erit.§.j. ¶ Snīe iuxta ꝑdicti libelli formā ꝓferende exēplū seqť: ⁊ ē tale. Cū dict⁹ actor sufficienter ꝓbauerit itētioneꝫ suā: seu ꝯtēta i dicta petitiōe sua. Idcirco ꝑ sniam i his scriptis ꝯdēnam⁹ dictum reuꝫ in dictis.x.lib.turonen. dandis ⁊ soluendis dicto actori. Et nihilomin⁹ condenmamus dictum reum in.lx.sol'.turonen.dandis dicto actori pro expeñ.quas fecit ⁊c̃.

¶ Vicesimusprimus libellus de actione in factum ex albo corrupto.

¶ Corā vob dño iudice mōtispessul. dicit ⁊ ꝓponit in iudicio.p.tā ꝙ vn⁹ de

ꝑplo ꝯtra. M. Qꝺ cũ bailiuꝰ mõtiſpeſ
ſulani feciſſet ſcribi in pariete ſeu i mu
ro curie: ꝑpetue iuriſditiõs cã: ꝙ gcũqꝫ
ꝓbaret deſtrals vel deſtralagio diffa-
matꝰ: ꝙ exſcobaretur ſeu fuſtigaret̃ ꝑ
villã fortiter ⁊ atrociter vſqꝫ ad ſangui
nis effuſionẽ; dictꝰ. M. dolo malo cor-
rupit ṽba illa. Quare cũ iterſit dicti pe
tri tã reſpectu ſui ꝓprij itereſſe: ꝙ cã tuẽ
di ius ꝑpli: illud edictũ non fuiſſe corru
ptũ: agit dictꝰ actor ꝯ̈ dictũ reũ ⁊ petit a
vobis dicto dño iudice: vt dictũ reuꝫ ad
dãdũ dicto actori penã. l. aureoꝝ: ĩ quã
incidit ex corruptiõe dicti edicti: ꝑ vrãꝫ
ſniam ꝯdẽnetis: ⁊ ꝯdẽnatũ ⁊c̃. ¶ Pro
bat̃ inſti. de ac. §. penales. ff. de iuriſ. om.
iu. l. ſi qs id qꝺ: in p̃n. vbi in qbuſdã lib.
eſt pena qngẽtoꝝ aureoꝝ: ⁊ in qbuſdã
eſt pena qnq̃ginta aureoꝝ. Sꝫ in p̃di-
cto libel. petiti ſunt. l. aurei: qꝛ pene ſunt
molliẽde in dubio: vt. ff. de penis. l. iter-
pretatiue. Eſt ãt hec actio popularis: ⁊
annalis: ⁊ p̃toria: vt. ff. de act. ⁊ obli. l.
in honorarijs. Et inſti. de perpe. ⁊ tẽpo.
ac. circa p̃n. Itẽ pena illa applicat̃ illi q
admittit̃ ad agendũ. vt ar. ff. de ver. ſig.
cui exempto. ⁊ de popu. ac. l. ij. cuꝫ ſuis
ꝯcor. Itẽ dicũt qdam ꝙ p̃dicta actio ⁊
pẽa habẽt locũ: ſi qs dolo malo furcas
dirutas: vel ſaccos in porticu curie poſi-
tos ſuſtulerit. ⁊ ſatis pôt adaptari tex.
in. l. ſi qs id ꝙ i p̃n. Itẽ hodie ea q̃ ꝑpe-
tue iuriſdictiõis cã ꝓponunt̃: nõ ponit̃
i albo ſeu i muro curie: ſꝫ in q̃terno ſeu
papyro curie. Et iõ pôt dici: ꝙ p̃dicta ac
tio ⁊ pẽa hñt ibi locũ: ſi qs ea dolo malo
deleuerit: cũ ſit eadẽ rõ: ẽ ⁊ idẽ iuſ. Iteꝫ
talis papyrꝰ eſt hodie ſubrogata in loco
albi p̃toris ad p̃dicta ſcribẽda. ẽ ⁊c̃. Itẽ
ſic forte poſſet dici ꝺ alijs req̃ſtis i dicta
papyro ſcriptis: ſi qs eas corrupit dolo
malo. large eñi intelligit̃. Et notat̃ hec
materia. ff. de albo ſcri. in rubrica. ⁊ i. l.
p̃dicta. ſi qs id qꝺ. in p̃dicta glo. Itẽ eſt
notã. ꝙ ſi duo iter ſe litigẽt: ⁊ alter acta
iter eos habita corrupit vel falſauerit:
ille cadet a cã: vt. ff. de iure fiſci. l. i frau
dẽ. §. q̃tiẽs ⁊c̃. ¶ Snie iuxta p̃dicti li-
belli formã ꝓferẽde exẽplũ ſeqt̃: ⁊ ẽ ta-
le. Cũ dictꝰ actor ſufficiẽter ꝓbauerit i-
tẽtionẽ ſuam: ſeu ꝯtẽta in dicta petitiõe
ſua: idcirco ꝑ noſtrã ſniam in his ſcrip
tis ꝯdẽnamꝰ. d. reũ in p̃dictis. l. aureis
dãdis ⁊ ſoluẽdis. d. actori ⁊c̃. Nõ tñ in
uenio ꝙ bailiuus vel p̃ſes ꝓuintie poſſit
t alia ſtatuta facere de iure ſcripto ſine
expreſſo conſenſu populi vel conſuluꝫ.

¶ Uiceſimusſecũdꝰ de actiõe i factũ:
ſi filius vocat parẽtẽ i ius ſine venia

¶ Corã vobis dño iudice mõtiſpeſſu
lani dicit ⁊ ꝓponit in iudicio. P. ꝯ̈. M.
filiũ ſuũ i eiuſdẽ actoris ptãte minime
ꝯſtitutũ: ꝙ dictꝰ. M. fecit dictũ. P. pa
trẽ ſuũ vocari in ius cã experiẽdi ſeu li
tigãdi cũ eo corã vobis: nulla licẽtia ſeu
venia a vob̃ vel ab alio iudice ꝯpetẽte i
petrata. Quare agit dictꝰ actor ꝯ̈ dictũ
reũ vt ſibi det. l. aureos pene noĩe ⁊ petit
a vob̃ dicto dño iudice: vt dictũ reũ ad
dãdũ ⁊ ſoluẽdũ dicto actori. l. aureos p̃
dictos ꝑ vrãm ſniam ꝯdẽnetis ⁊ ꝯdem
natũ ⁊c̃. ¶ Probat̃ inſti. ꝺ ac. §. pena
les. Et ꝺ pe. te. liti. §. fi. ⁊. ff. de i ius vo.
l. pe. ⁊ fi. C. eo. l. fi. ¶ Snie iuxta p̃di-
cti libelli formã ꝓferende exẽplũ ſeqt̃: ⁊
ẽ tale. Cũ dictꝰ actor ſufficienter ꝓbaue
rit itẽtionẽ ſuã: ſeu ꝯtẽta i dicta petitiõe
ſua. Idcirco ꝑ noſtraꝫ ſniam i his ſcri
ptis ꝯdẽnamus dictum reum in predi-
ctis l. aureis dãdis dicto actori ⁊c̃.

¶ Uiceſimuſtertius ꝺ actiõe i factũ ex
edicto ne qs eũ q i iꝰ vocatꝰ ẽ vi eximat

¶ Corã vobis dño iudice mõtiſpeſſu
lani dicit ⁊ proponit i iudicio. p. ꝯ̈. M.

q cum idem actor fecisset vocari in ius
corā vobis Titiū: p fat9. M. dictū titiū
p vim & dolo malo exemit in tātū q ad
diē & horā dicto titio assignatos p execu
torem dict9 Titi9 nō venit nec venire po
tuit corā vobis. Unū cū ex hoc dict9 actor
fuerit dānificat9: agit ɔtra dictū reū: vt
sibi det & soluat: quanti ea res est ab eo
dez actore extimāda. s. in q̄tuz ad dela-
tionez vr̄am idem actor in litez iurave-
rit. Et petit a vobis dicto dn̄o iudice: vt
dictū reū in quātū ad delationē vr̄am di
ct9 actor iuraverit: dādū. d. actori p vr̄az
sniam ɔdēnetis: & ɔdēnatū &c. ¶ Pro
bat̄ insti. de ac. §. penales. ¶ Snie iux
ta p̄dicti libelli formā p ferende exēplū
seq̄t̄: & est tale. Cū dict9 actor sufficiēter
p bauerit intentionem: suā seu ɔtenta in
dicta petitione sua: & a nobis ei delato
iuramēto in litem iuraverit sup sancta
dei euangelia: q ipse nollet p. c. soli. tu
ro. dictū Titiū debitorē suū fuisse p viz
dolo malo exemptū per dictū. M. quo
min9 ad iudiciū venisset die & hora q-
bus citat9 venire debuit: idcirco p nr̄az
sniam in his ɔdēnam9 dictū. M. in p̄-
dictis. c. solidis turo. dandis actori &c.

¶ XXiiij. de actione ex edicto: de eo p
quē factū ē: q̄ min9 qs i iudicio sistat.

¶ Corā vobis dn̄o iudice montispessu
lani dicit & proponit. P. ɔtra. M. Qd
cuz Tici9 vocat9 esset in ius corā vobis
ad instantiā dicti actoris: & post datas
ab eo satisdationes deberet sistere in iu
dicio corā vobis: tūc dict9. M. dolo ma
lo fecit: quo min9 dict9 ticius sisteret in
iudicio coram vobis die & hora sibi assi
gnatis: vnde cū dict9 actor fuerit exinde
dānificat9: & intersit sua in. c. soli. turo.
agit contra dictū reuz. M. vt sibi det &
soluat p̄dictos. c. soli. turo. & petit a vo-
bis dicto dn̄o iudice: vt dictum. M. ad
dādū & soluendū dicto actori predi-
ctos. c. soli. turo. per vr̄am sniam ɔdem
netis: & ɔdemnatuz &c. ¶ Snie iuxta
predicti libelli formam exemplū seq̄t̄: &
est tale. Cum dict9 actor sufficienter p
bauerit intentionē suā: seu ɔtenta in di
cta petitione sua: excepto q non p bat i
teresse suū nisi in. xxx. soli. tur. & in duo
bus denarijs. Idcirco per sniam in his
scriptis ɔdēnam9 dictū. M. in p̄dictis
xxx. soli. turo. & duom9 denarijs dādis
dicto actori: & dictū. M. absoluim9 a re
sidua summa de predictis. c. soli. tur. cō
tentis &c. Recte fit absolutio a residuo
dictoꝝ. c. solidoꝝ: alias snia esset nulla
vt. ff. de do. excep. l. apud celsum. §. item
querit̄. Itē q re9 in parte condēnat̄: &
i parte absoluit̄: qualiter fiet de expeñ.
dicetur in titulo de actione ex locato.

¶ Vicesimusquintus libellus de actio
ne preiudiciali in rem per quaz que
ritur: an aliquis sit seruus.

¶ Corā vobis dn̄o iudice mōtispessu
lani dicit & p ponit in iudicio. P. contra
M. q dictus. M. est seruus dicti acto
ris: vnde cū dict9 re9 gerat se p libero:
& seruilia ministeria dicto actori dene-
get exhibere: agit dict9 actor ɔ dictū re-
um: & petit a vobis dicto dn̄o iudice: vt
dictum reū esse seruuz dicti actoris: per
vr̄am sniam declaretis: & ipsum vt ser-
uilia ministeria eidem actori exhibeat:
sni aliter ɔdēnetis: & ɔdēnatū ad p̄dicta
iuris remedijs ɔpellatis. Petit ēt expē-
sas iā factas occasione presentis cāe: &
p testat̄ de faciendis: q̄s in p cessu suo
loco & tempore declarabit: implorans
vr̄m officiū &c. ¶ Probat̄ insti. de ac.
§. p̄iudiciales. ff. de. libe. cau. l. ordinata
&. C. co. l. lite. ¶ In predicto libello vr̄
ois cā ɔprehēsa: ex qua. M. poterit pro
bari seruus esse: cū nulla cā sit tibi speci

ficata.ar.ff.de excep.rei.iu.l.⁊ an eadē §.actiones. ¶ Et est notādū: ꝙ actori incūbit ꝓbatio: ꝙ reꝰ sit eiꝰ seruꝰ: postq̄ supponit in libello: ꝙ reꝰ est i possessione libertatis: vt.C.de ꝓba.l.ad ꝓbationē seruitutis.⁊.ff.de libe.cau.l.liberis.§.fi. ¶ Itē est notādū: ꝙ qs nō efficit seruus ex pacto.vt.C. de libe.cau.l. nec si volens.⁊.l.liberos. Nec ex tpe: vt C.de.ꝑscrip.lō.tē.q̄ est ꝓ libe.l.fi. Nec ex sola ꝯfessione apud acta.vt.C.d lib. cau.l.iterrogata. ¶ Snie iuxta ꝑdicti libelli formā ꝓferēde exemplū est tale. Cū dictꝰ actor nō ꝓbauerit itentionē suā: seu ꝯtenta in dicta petione sua. Idcirco ꝑ sniā in his scriptis declaramꝰ dictū.M.liberū esse hoiem: ⁊ cū absoluimꝰ a dicta petitione: ⁊ ꝯtentis in ea. Et nihilominꝰ ꝯdemnamꝰ dictū actorem in.c.sol.turoñ.dādis dicto.M.reo ꝓ expensis q̄s fecit occasione p̄ntis cāe cū delato a nobis iuramento iurauerit taxatione nr̄a precedente: se expendisse ꝑdictos.c. soli.occasione presentis cāe.

¶ Uicesimussextus libellus de preiudiciali actione contraria.

¶ Corā vobis dño iudice mōtispessulani dicit ⁊ ꝓponit in iudicio.M. contra. p.ꝙ dictꝰ.M.est liber hō. Uñ cū dictꝰ.p.cū detineat indebite ⁊ iniuste tanq̄ suū: cogendo eū sibi seruilia ministeria exhibere agit ꝯ eū: vt ipm nō ingetet: cū non sit ei tali vinculo astrictꝰ. Et petit a vobis dicto dño iudice: vt dictū.M.actorē esse liberū hoiē: ꝑ vr̄am sniam declaretis: ⁊ dictū.p.reū vt dictū M.liberū vi sua libertate ꝑmittat: ne ipsum cogat sibi seruilia ministeria exhibere snialiter ꝯdemnetis ⁊ ꝯdemnatū ad ꝑdicta iuris remedijs ꝯpellatis ⁊c. Probat insti.d actio.§.ꝑiudiciales. Et q̄r.M.ꝓclamat de possessione seruitutis in libertatē incūbit ei ꝓbatio libertatis.vt.C.de ꝓba.l.matrē: ⁊.ff.e.l.filius ⁊.l.circa.cū ibi notatis. Item non poterit martinꝰ procuratorem cōstituere: q̄r est in quasi possessione seruitutis: vt C.de assertione tol.l.j.in prin.⁊.ff.de ꝓcu.l.seruū quoq̄.§.j.cum concordan.

¶ Uicesimusseptimꝰ libellꝰ de actiōe per quā querit: an aliquis sit liber.

¶ Coram vobis dño iudice montispessulani dicit ⁊ proponit in iudicio. P.ꝯ M. Qd dictꝰ reꝰ est libertꝰ dicti actoris Uñ cū dictꝰ reꝰ se gerat ꝓ ingenuo: agit dictꝰ actor ꝯtra eū: vt ipsum actorē habeat ⁊ teneat ꝓ suo patrono. Et petit a vobis dño iudice.vt dictū reū esse libertū dicti actoris ꝑ vr̄am sniam declaretis: ⁊ vt eūdem actorē ꝓ suo patrono habeat ⁊ obseq̄a ad q̄ libertus patrono suo tenet ei ꝑstet: snialiter ꝯdemnetis: ⁊ ꝯdemnatū ad ꝑdicta iuris remedijs ꝯpellatis ⁊c. Probat insti.de actio.§.ꝑiudiciales: ⁊. ff.si liber.ingenuꝰ esse dicat.l.fi. Et icūbet ꝓbatio patrono vt.ff. de ꝓbatio.l.circa. ¶ Et est notādū: ꝙ si actor non h̄ȝ vñ se alat: ⁊ vellet illa ꝑiudiciali in rē agere: ipse posset a liberto alimenta petere ꝑ offm̄ iudicis: vt.C. de operis li.l.j.⁊.ff.de li.agnos.l.si qs a liberis.§.soluēt ⁊. §.alimenta.⁊.§.si filius. ¶ Snie iuxta ꝑdicti libelli formā ꝓferende exemplū seqt̄: ⁊ est tale. Cū dictꝰ petrꝰ actor sufficienter ꝓbauerit intentionē suā: seu ꝯtenta in dicta petitione sua. Idcirco ꝑ nr̄ā sniā in his scriptis declaramꝰ: dictū.M.reum: esse libertū dicti actoris: ⁊ ipsum: vt dictū actorem ꝓ patrono habeat ⁊ ei obsequia: que libertus patrono suo prestet tenet ꝑstet: sententialiter condemnamus.

¶ Uicesimusoctauus libellus de preiudiciali actione: per quā queritur:

an aliquis sit ingenuus: ⁊ etiam: an aliquis sit filius.

¶ Corā vobis dño iudice montispessulani dicit ⁊ ꝓponit in iudicio. M. ꝯtra P. ꝙ dictus. M. est ingenuus vñ cū dictus. P. detineat vt libertuz: nec patiatur euz morari: nec se gerere ꝓ ingenuo: agit ꝯtra eū: vt ipsum non inquietet in sua ingenuitate: cuz idez. M. libertinitatis vinculo ei nō sit astrict⁹ ⁊ petit a vobis dicto dño iudice: vt eundē. M. actorē esse ingenuū ꝑ vrām sniam declaretis: ⁊ dictū reū: vt dictuz actorez non inquietet de cetero vt libertū suuz: ⁊ vt patiatur eū ꝓ ingenuo se gerere: snialiter ꝯdēnetis ⁊ ꝯdēnatuz ⁊c. ¶ Probatur insti. de ac. §. preiudiciales: ⁊. ff. de ꝓba. l. circa. ⁊. C. de inge. ma. l. diffamari: ⁊ si ser. expor. ve. l. morior. in fine.

¶ Coraz vobis dño iudice montispessulani dicit ⁊ proponit in in iudicio. P. conra. M. ꝙ dict⁹. M. est filius dicti petri. vñ cū dict⁹. M. denegat se eē ei⁹ filiū: nec ꝑmittat se tractari vt filiuz: agit dict⁹ actor ꝯtra dictū. M. vt ipm agnoscat in patrē: ⁊ sibi reuerentiā patri debitaz: ⁊ alia q̄ a filijs patrib⁹ debentur ꝑstet. Et petit a vobis dicto dño iudice vt dictū. M. esse filiū dicti actoris ꝑ vestrā sniam declaretis: ⁊ vt sibi reuerentiā patri debitā: ⁊ alia q̄ a filijs patrib⁹ debentur ꝑstet snialiter ꝯdēnetis: ⁊ ꝯdēnatū ⁊c. Probatur insti. de acti. §. ꝑiudiciales. ¶ Snie iuxa predicti libelli formā ꝓferende exemplū sequitur: ⁊ est tale. Cuz dict⁹ petrus actor sufficienter ꝓbauerit intentionē suā: seu ꝯtenta in dicta petitione sua. Idcirco per nr̄az sniaz in his scriptis declaram⁹ dictū. M. reū esse filiū dicti. P. actoris: ⁊ vt reuerentiā patri debitā: ⁊ alia q̄ a filijs patrib⁹ debērent ꝑstet: sententialiter condemnemus ⁊c.

¶ Uicesimusnonus libellus de conditione furtiua.

¶ Corā vobis dño iudice mōtispessulani dicit ⁊ ꝓponit in iudicio. P. contra M. ꝙ cum dict⁹ actor esset dñs vel q̄si cuiusdā muli pili albi: dict⁹ re⁹ surripuit dictū mulū dicto actori: ⁊ eū secū duxit: furtū ꝯmittendo. Vñ cū dict⁹ re⁹ sibi dictum muluz restituere ꝯtradicat: agit ꝯ eū: seu ꝯditionē furtiuā dirigit ꝯtra eū: vt sibi dictū muluz restituat. Et petit a vobis dicto dño iudice: vt dictū reuz ad restituēduz dictū mulum dicto actori ꝑ vrām sententiam ꝯdemnetis: ⁊ cōdemnatum: ad restituendū iuris remedijs ꝯpellatis: vna cū fructib⁹ ꝑceptis ⁊ ꝑcipiendis. Petit ēt expēsas factas: quas suo loco ⁊ tpe declarabit: iplorans vrm offm dñe iudex in illis: in qb⁹ est de iure vel fuerit iplorandum. Probatur insti. de ac. §. plane hodie furtuz. ¶ Snie iuxta ꝑdicti libelli formā ꝓferende exēplū sequitur: ⁊ est tale. Cū dict⁹ actor sufficiēter ꝓbauerit intentionem: suā seu ꝯtenta in dicto libello suo: ⁊ ꝯstet nobis: dictū mulū non extare: ⁊ sit sufficienter ꝓbatum dictū mulū valuisse postq̄ furtum fuit ꝯmissum: vel saltē tpe ꝯmissi furti. x. li. turoñ. Idcirco per nostrā sniam in his scriptis condemnam⁹ dictū reum in ꝑdictis. x. li. turo. dandis dicto actori. Et est notanduz: ꝙ si actor non possit bñ ꝓbare extimatōez dicti muli: ipse poterit eā ꝓbare ꝑ iuramentū suū sibi a iudice taxatiōe ei⁹ ꝑcedente delatū in odium rei dolosi. vt. ff. qd̄ vi aut clā. l. semp. §. nihil interdicto. Itē si sit incertuz an extet mulus: vel non habeatur super hoc cōfessio ipsius rei: ⁊ postea non poterit venire ꝯ. Itē si ex confessione ei⁹ nō possit clarebri veritas: ingrat de hoc iudex: ⁊ donec cert⁹ sit: nō debebit ferre sniaz

ar.ff.de ꝯfess.l.si. Nec eciã inueniť ꝙ in hac actiõe debeāt ferri due snie: sz soluz vna. Et si res extet: reꝰ ꝯdēnabiť in ea. Et si nõ extet: ꝯdēnabiť i extimatione.

¶ Tricesimus lib. de ꝯditione gñali.

¶ Coram vobis dño iudice montispesulani dicit ⁊ proponit in iudicio. P. ꝯ. M. ꝙ cũ ipse actor deponeret penes d.reũ.x.lib.tur.⁊ esset firme intẽtionis: ꝙ esset depositũ attamẽ dictꝰ reꝰ dictaz pecuniã accepit q̃si mutuã: vñ cũ dictus reꝰ dictã pecuniã ꝯsumpserit: ⁊ eam.d. actori reddere ꝯtradicat: agit ꝯ cũ vt p̃dictas.x.li.turo.sibi reddat ⁊ petit a vobis.d.dño iudice: vt dictũ reũ ad reddẽdum.d.actori p̃dictas.x.lib.turo.p v̄raz sniam ꝯdẽnetis ⁊ ꝯdẽnatũ ad restituẽdum ⁊ soluẽduz iuris remedijs ꝯpellatis ⁊c. ¶ Probať.ff.de re.cre.l.si ego. circa fi. ¶ Snie iuxta p̃dicti libelli formã ꝓferende exẽplũ seq̃ť ⁊ ẽ tale. Cuz dictꝰ actor sufficiẽter ꝓbauerit itẽtionẽ suam seu cõtenta in dicta petitione sua. idcirco per sniam in his scriptis condẽnamus dictuz reum in predictis. x.lib. turoñ.dandis dicto actori ⁊c.

¶ Tricesimusprimus libellus de conditione speciali ex mutuo.

¶ Corã vobis dño iudice montispes. dicit ⁊ ꝓponit i iudicio. P.contra.M. ꝙ dictus actor mutuauit.d.reo.x.libr. turoñ.vñ cũ eas sibi reddere ꝯtradicat: petit a vobis dicto dño iudice: vt dictum reũ ad reddenduz ⁊ soluẽdũ.d.actori p̃dictas.x.lib.turoñ.p v̄ram sniam ꝯdẽnetis: ⁊ ꝯdẽnatũ ad reddendũ ⁊ soluendũ iuris remedijs ꝯpellatis. Petit etiaz expensas occasione p̃sentis cãe factas: ⁊ protestať de faciendis: q̃s in processu cãe suo loco ⁊ tp̃e declarabit: ꝓut fuerit rationis: implorãs dñe iuder v̄ꝫm offm̃ super predictis in illis in qbꝰ est de iure vel fuerit implorãduz. Probať insti.q. mo.re.con.ob.in p̃n.⁊.ff.de re.cre.l.ij.

¶ Snie iuxta p̃dicti libelli formã proferende exemplũ seq̃ť ⁊ est tale. Cuz dictus actor sufficienter ꝓbauerit intẽtionẽ suã seu ꝯtẽta i dicta sua petitiõe.idcirco per nr̃am sniam in his scriptis condemnamꝰ dictuz reuz in p̃dictis.x.lib. turoñ.in dicta petitione ꝯtentis: dãdis ⁊ soluẽdis dicto actori. Et nihilominus cõdẽnamꝰ eũ in.x.soli.turo.dãdis dicto actori ꝓ expẽsis q̃s dictꝰ actor fecit occasione p̃sentis cãe: cũ idẽ actor dlato sibi a nobis iuramẽto iurauerit: taxatione nr̃a p̃cedẽte: se expẽdisse p̃dictos.xl. soli.turoñ.occasione presentis cause.

¶ Tricesimussecundus libel. de certi. condi.generali ex stipulatione.

¶ Corã vobis dño iudice mõtispessulani dicit ⁊ ꝓponit i iudicio. P. ꝯ. M. ꝙ dictꝰ reꝰ promisit per stipulationem dare dicto actori.x.li.turoñ.ex cã venditionis cuiusdã muli albi.quẽ dictus actor vẽdiderat dicto reo: vnde cũ p̃dictas x.lib.turo.sibi dare ꝯtradicat: agit contra eũ vt eas ei det: ⁊ petit a vobis dicto dño iudice: vt dictũ reũ ad dãdũ.d.actori p̃dic.x.lib.turo.p v̄ram sniam ꝯdemnetis ⁊ ⁊ condẽnatuz ⁊c. Probať insti. de ver.ob. in p̃nc.⁊. ff.de re.cre.l.si qs certũ. ¶ Snie iuxta predicti libelli formã ꝓferende exemplũ seq̃ť: ⁊ est tale. Cũ dictꝰ actor sufficiẽter ꝓbauerit itẽtionẽ suã seu ꝯtẽta i.d.sua petitiõe.idcirco p nr̃am sniam i his scriptis ꝯdẽnamꝰ dictũ reũ in p̃dictis.x.li.i.d.petitiõe cõtẽtis dãdis ⁊ soluendis dicto actori.

¶ Tricesimustertius libellus de condi tione triticaria.

¶ Corã vobis dño iudice mõtispessulani dicit ⁊ ꝓponit i iudicio. P. ꝯ. M. ꝙ cũ dictꝰ actor possideret q̃dã domũ

sitã in carreria scẽ Ualalie: sic ⁊ sic ꝯfrõtatã: ⁊ ad eũdẽ actorẽ iure dñij vel q̃si ꝑtinentẽ: dict⁹ re⁹ ꝑ violentiã dictũ actorem expulit de possessione dicte dom⁹. Quare agit dict⁹ actor ꝯ̃ dictũ reũ. ⁊ petit a vobis dicto dño iudice: vt dictũ reũ ad restituendũ. d. actori p̃dictã domũ ꝑ v̾ram sniaʒ ꝯdẽnetis: ⁊ ꝯdemnatũ ⁊c̃. Probat̃. ff. d̾ ꝯdi. triti. l. j. tuti⁹ ⁊ ꝯsulti⁹ vr̃ ꝙ actor agẽdo ꝯditiõe triticaria: nõ dicat se dñm fundi: ⁊ nõ ꝯcludat̃: ad restituẽdũ fũdũ: sʒ ꝙ agat ad restitutiõeʒ possess. fũdi. ¶ Snie aũt iux̃ petitionẽ seu petitõis formã põt faciliter ordiari.

¶ Tricesimusquartus libellus de conditione incerti.

¶ Corã vobis dño iudice mõtispessul̃. dicit ⁊ ꝓponit i iudicio. P. ꝯ̃. M. Q̇ cũ dict⁹ actor esset dñs duoꝝ p̃dioꝝ: sic ⁊ sic ꝯfrontatoꝝ: ⁊ vẽderet vnuʒ dicto reo: fuit actũ ⁊ ꝯuẽtum iter eos: ꝙ dict⁹ actor retineret seruitutẽ itineris ꝑ p̃diũ venditũ ad p̃diũ retẽtũ. Postea vero in tradẽdo p̃diuʒ vẽdituʒ: dict⁹ actor ꝑ erroreʒ de p̃dicta s̾uitute itineris retinenda nullã mentionẽ fecit. Quare agit dictus actor ꝯ̃. d. reum: ⁊ petit a vobis. d. dño iudice vt dictuʒ reuʒ ad ꝯcedendũ ⁊ ꝯstituendũ p̃dictã s̾uitutẽ itineris ꝑ dictũ p̃diũ vẽdituʒ: ⁊ dicto reo traditũ ad aliud p̃diũ retẽtuʒ: ꝑ v̾raʒ sniam ꝯdemnetis: ⁊ ꝯdẽnatũ ad ꝯcedendũ ⁊ ꝯstituẽdũ p̃dictã s̾uitutẽ itineris iuris remedijs ꝯpellat̃ ⁊c̃. Probat̃. ff. de ꝯdi. idebiti. l. sʒ ⁊ si me putẽ. §. cũ iter. ⁊ d̾ s̾uitu. vr. p̃. l. si binaꝝ: ⁊ de ac. emp. l. si tibi liberũ. Itẽ ꝯpetit actio incerti qñq3 ad detẽtionem rei: vt postea detineat̃ ꝓ expẽ̃. vt ff. de ꝯdi. inde. l. q emptiõe. §. si ꝑs ⁊ d̾. l. ij. l. ꝙ. si nullã: Iteʒ ꝯpetit creditori ꝓ re sibi i in pignore tradita subtracta. ff. de ꝯditi. fur. l. ⁊ id̾. §. nerati⁹. ⁊ de pig. ac. l. pignore. Item potest agi ꝯditione incerti qñ incertum est qd sit in obligatione: ⁊ sic cõmendatari⁹ ⁊ depositari⁹ nõ tenent̃ nec sunt obligati dare possessionẽ: sʒ tenent̃ rẽ restituer̃. ⁊ sic tenent̃ ad factuʒ. Põt ille q cõmendauit vel deposuit: agere contra eos ꝯdi. incer. ꝓut nota. ff. de condi. inde. l. sʒ ⁊ si me putem. §. cuʒ iter ⁊c̃. ¶ Snie iuxta p̃dicti libelli formã ꝓferẽde exẽplũ seq̄t̃: ⁊ ẽ tale. Cũ dict⁹ actor sufficiẽter ꝓbauerit intentioneʒ suam: seu contenta i dicta petitione sua. Idcirco per sentẽtiã in his scriptis condemnam⁹ dictũ reum: vt dicto actori concedat ⁊ constituat p̃dictã seruitutem itineris ꝑ predictuʒ p̃diuʒ sibi venditum ⁊ traditũ ad aliud p̃diũ ꝑ p̃dictũ actoreʒ retentuʒ. Et nihilomin⁹ condẽnamus dictuʒ reuʒ in. xl. solidis turoñ. dandis dicto actori pro expensis ⁊c̃.

¶ Tricesimusq̄nt⁹ lib. d̾ ꝯditione ex. l. oino ꝓ legitia portione filio debita.

¶ Corã vobis dño iudice montispessulani dicit ⁊ ꝓponit i iudicio. P. ꝯ̃. M. ꝙ Titi⁹ p̄r dicti actoris ⁊ rei hñs i bõis ad valorẽ duoꝝ miliũ aureoꝝ: suũ ꝯdidit testamentũ: i q̊. d. reuʒ filiuʒ suuʒ heredeʒ vniuersalẽ sibi istituit i oib⁹ bonis suis ⁊. d. actoreʒ filiũ suũ sibi heredẽ istituit i q̈dã domo sua valente. xxv. aure. Deide dict⁹ Titi⁹ p̄r decessit nullis alijs filijs relictis: vñ cũ dict⁹ re⁹ imiscuerit se hereditati paterne. ⁊ ipense funeris fuerint tm̃. l. aurei: sic recte ꝯputãdo desunt. d. actori de medietate trient̾s sibi iure nature debita i bonis dicti p̄ris: cõi b⁹ ei⁹ ⁊ dicti rei vsq3 ad trecẽtoꝝ aureoruʒ: agit dict⁹ actor ꝯ̃ dictũ reũ: ⁊ petit a vobis. d. dño iudice: vt dictũ reũ ad dãduʒ. d. actori de bõis dicti p̄ris sui vsq3 ad valorem trecentoꝝ aureoruʒ: pro adimplenda legitima portione per v̾ram

sniam ꝯdēnetis: ꝯdēnatū ad danduz
iuris remedijs ꝯpellatis ꝛc̄. ¶ Proba
tur. C. de inoffi. testa. l. omo ꝛ in aut. de
triē. ꝛ semisse. §. hec nos mouerūt coll.
ij. ¶ Snīe iuxta p̄dicti libelli formā
ꝓferēde exēplū seq̄t: ꝛ ē tale. Cū dictꝰ a
ctor sufficiēter ꝓbauerit īēcionē suam:
seu ꝯtēta i dicta sua petitiōe necreꝰ ꝓba
uerit sufficienter aliqd de ꝓpositis ꝑ eū
ad obtinēdum in p̄senti cā: idcirco per
sniam in his scriptis ꝯdēnamꝰ. d. reum
ad dāduz. d. actori de bonis dicti Titij
pris eiꝰ quōdā ad valorē trecentoꝝ au
reoꝝ p̄dictoꝝ: ꝓ repletiōe sue legitime
portionis: Et nihilominꝰ ꝯdēnamꝰ di
ctū reum in. xl. soli. turoñ. dandis dicto
actori ꝓ expensis: q̄s fecit occasione p̄-
sentis cāe: cum idez actor dlato ei a no
bis iuramēto iurauerit taxatione p̄di-
cta p̄cedente se expendisse p̄dicto. xl. so
lidos turoñ. occasione presentis cause.

¶ Tricesimussextus libel. de condi. ex
lege. C. de iure emphi. l. ij. ꝛ fi.

¶ Corā vobis dño iudice mōtispessul.
dicit ꝛ ꝓponit i iudicio. P. ꝯ. M. Qd
cū dictꝰ reꝰ teneret i emphitheosim a. d.
actore domū vocatā porticuz de cutirit: si
tā in mōtepessulano: ad annuā pensio
nē sex denarioꝝ dictꝰ reꝰ stetit ꝑ trien-
nium: q̄ dictā pēsionē non soluit: vel a
lienādo aliter versatꝰ est q̄z sit disposi-
tum. C. de iure emphi. l. fi. vnde cuz ꝑꝑ
hoc dictꝰ reꝰ cecider ita iure suo emphi-
theothecario: qd̄ habebat i dicta domo
agit dictꝰ actor ꝯtra euz: ꝛ petit a vobis
dicto dño iudice: vt dictū reum cecidisse
a iure suo qd̄ habebat in dicta domo: ꝑ
vr̄am sniam declaretis: ꝛ dictū reū. vt
dicto actori domū restituat: snialiter cō
dēnetis ꝛ ꝯdēnatum ꝛc̄. Probat̄. ff. de
ꝯdi. ex lege. l. vna. Et in aut. d. nō alie.
§. scire coll. ij. ¶ Sententie iuxta p̄di-
cti libelli formā ꝓferende exēplū seq̄t: ꝛ
ē tale. Cū dictꝰ actor sufficienter ꝓbaue
rit itētionē suā: seu ꝯtēta i dicta petitiōe
sua. Idcirco ꝑ nostraz sniam i his scri
ptis declaramꝰ: dictū reū cecidisse a iu
re suo emphitheotecario: qd̄ habebat i
dicta domo: ꝛ ꝯdemnamꝰ eū: vt dictam
domū dicto actori restituat: ꝛ nihilomi
nus ꝯdēmnamꝰ eū in. xl. solidis turoñ.
dandis dicto actori pro expensis ꝛc̄.

¶ Tricesimusseptimꝰ libellus de ꝯdi
tione ex lege iperialez. §. calidis: qñ
feudū ipso iure cecidit in ꝯmissum.

¶ Corā vobis dño iudice montispessu
lani dicit ꝛ ꝓponit i iudicio. P. ꝯ. M.
q̄ cū dictꝰ reus teneret quandā turrim
de billio: sitā in mōtepessulano i feudū
ipse vendidit ꝛ tradidit eā Sēpronio:
sine ꝑmissione dicti actoris: vñ cum ꝑꝑ
hoc feudū fuerit apertuz dicto actori: ꝛ
dictꝰ reꝰ ceciderit iā a iure suo feudali:
quod habebat in dicta turri: agit dictꝰ
actor ꝯtra eū: ꝛ petit a vobis dicto dño
iudice: vt dictū reuz cecidisse a iure suo
qd̄ in dicta turri habebat: ꝑ vr̄am sniaz
declaretis: ꝛ dictuz reum vt dicto actori
dictā turrim restituat snialiter ꝯdemne
tis: ꝛ ꝯdēnatū ꝛc̄. Probat̄ in ꝯsti. impe-
rialē. §. callidis: de ꝓhi. feu. alie. ꝑ fed.
Itē cod. mō pōt agi ꝯtra emptorē ꝯdi.
ex lege illa. de ꝯtrouer. inter domi. ꝛ em
pto. c. vno in p̄n. Sꝫ ꝯtra aliū possesso
rē non dicerē eaz dari: cum sit ꝑsonalis
actio: ꝛ sic nō dꝫ seq fundū. vt dictū ē. s.
i p̄cedēti libello. Nō āt possit agi ꝯ em-
ptorē: nec ꝯ aliū posses. ꝯdi. ex. lege illa
q̄ incipit ex libris sabinianis. C. de acq.
¶ Si colon⁹ vel inqlinus tu⁹ cōducat a te p̄diū vel domū oia q̄ sunt inuecta ꝛ illata: sunt obligata tibi ꝓ pensione: vt C. in qui. cau. pig. ta. ꝯtra. l. si non inducta. ꝛ. ff. e. l. j. ij. ꝛ. iij. ꝛ. C. loca. l. certi: vnde si aliquo casu possessio rei ꝑueniat ad aliquem potes ab eo reuocare per actionē seruianam: in q̄ sic formet̄ libell⁹ Ago ego. S. contra talē q possidet rē talem mihi obligatā a tali colono vel inqlino meo: pro pēsione dom⁹ vel p̄dij vel pro damno mihi dato in ipsa domo: q̄ pensio est: vel qd̄ damnū est. x. lib. vnde peto rem illam ratione possessionis mihi restitui: ꝛ adhoc ꝓpono actionē ſuianā: ꝙ ita debeat ꝯcipi libell⁹ ꝓbat̄ insti. de ac. §. itē seruiana: ꝛ in. ll. p̄calle.

¶ De quasi seruiana que hipothecaria vocatur.

¶ Si qs possidet rem mobilē vel immobilē: tibi pignori obligatam: siue sit debitor siue ali⁹: poteris ab illo rē illam aduocare proponēdo actionē q̄si seruianam: q̄ actio nascit̄ ex obligatione pignoris: ꝛ est in rē: ꝛ eadē alio nomine hipothecaria vocat̄ vt insti. de ac. §. itē seruiana vnde actor in ea sic ꝯcipit libellū. Ago ego. S. contra. R. q iniuste detinet rē talē mihi obligatam a Titio debitore meo. pro. x. lib. bonon̄. q̄s sibi mutuaui: vnde peto rez illam mihi restitui ꝛ ad hoc ꝓpono hipothecariam actionē vel q̄si seruianā ꝙ ita bene cōcipit̄ libell⁹ probat̄ insti. §. p̄calle. ꝛ. C. de pigno. l. pignoris. ff. eodē. l. j. §. pacto. ff. de pac. l. si. tibi. §. de pigno. cetera latius nota. in arte. dis. ij.

¶ De vtili in rem actione: que datur superficiario.

¶ Si aliqs conduxit aream vel soluz alicui⁹: ꝛ imposuit ibi superficiem sicut de facto quotidie cōtingit: si cadit a possessione ipsi⁹ rei potest intentare actionē ad rē illam petēdam: q̄ vocat̄ vtilis rei vēdicatio. vt. ff. de superfi. l. j. ꝛ ar. ff. si ager vecti. vel emphi. peta. l. j. ꝛ. ij. In hac actione sic forma libellū. Ago ego. S. contra. R. q iniuste possidet rē talē sitam in tali loco: cui⁹ tales sunt confines: quā rē ꝯduxi vel ex tali cā habui a tali dn̄o ad superficiē ibi ponēdā ꝛ vt iposui supficiē: q̄ in solo est modo: vnde peto rē illam mihi restitui: ꝛ adhoc propono vtilem rei vendicationem. Et nota ꝙ potest etiam petere pensiones perceptas ꝛ ꝑcipiendas. Quod aūt libellus sit bene conceptus probatur. ff. de superfi. l. j. §. j. ij. ꝛ. iij.

¶ De vtili in rem actione que datur emphitheote.

¶ Si aūt aliqs possideat rez mihi cōcessam in emphitheosim: vel aliū cōtractū: q bellari⁹ vulgariter appellat̄: eandē rē ꝑ vtilem rei vēdicationē: q̄ emphitheote seu illi qui conduxit ad non modicum tempus datur: petam hoc modo Ago ego. S. contra. R. qui possidet rē talem puta prediū vel domū mihi datā a Titio in emphitheosim: vel ad libellū cui⁹ cōfines sunt tales: vnde peto rem illam mihi restitui vtili rei vendicatione que datur emphitheote. Predicta ꝓbantur in corpore de non alie: aut per mu. re. ec. col. ij. ꝛ d' alie. ꝛ emphi. col. ix. C. de iure emphi. l. fi. ff. si ager vectigal. l. j. ꝛ. iij. ꝛ insti. loca. §. adeo.

¶ De vtili in rē: que dat̄ metū passo.

¶ Si quis per metum compellatur

rem aliquam vendere: vel tradere: vel donare succurrit sibi per pretorē ⁊ habet vtilem reivendicationem: in qua sic formatur libellꝰ: Ago ego. S. contra. R. qui iniuste detinet rem talem positam in tali loco cuiꝰ confines sunt tales vel cuius signa sunt talia: si mobilis est res quam tradidi Titio per metū mortis ex causa emptionis: vel donationis: vnde rem illam peto mihi restitui: ⁊ de dolo repromitti: ne res interim dū fuit apud eū sit facta deterior: ⁊ ad hoc propono vtilē reivendicationem: que datur metū passo Quod libellꝰ sit bene conceptus probatur insti. de ac. §. sequēs ⁊. ff. quod me. cau. l. metum. §. volenti. ⁊. ff. ex hoc edicto.

¶ De possessoria hereditatis petitiōe

¶ Si quis vocatur ad successionem alicuius de iure pretorio vt emancipatus habet possessoriam hereditatis petitionem per quam factus bonorum possessor tantundem consequitur quantum si heres institutus fuisset. ff. de posses. here. peti. l. j. ⁊. ij. ⁊ inst. de bo. pos. in prin. vnde in hac actiōe sic formabitur libellus. Ago ego. S. contra. R. qui iniuste detinet hereditatem Titij: cuius bonorum possessionem agnoui: vnde liberi vel vnde agnati: vel vnde cognati: vnde illam hereditatē dico mihi debere restitui: ⁊ ad hoc propono possess. here. petitionem. Probatur: quia hec actio mixta est ⁊ in rem ⁊ in personam. C. de peti. heredi. l. hereditati. ⁊ instit. de act. §. sequens ⁊ veniunt in ea omnia que veniunt indirecta: vt. ff. de poss. here. peti. l. j. ⁊. ij. ⁊ de peti. here. l. item veniunt.

¶ De fideicommissaria hereditatis petitione.

¶ Si quis fecit testamentū ⁊ instituit te heredem: ⁊ rogauit te per fideicommissum: vt hereditatem mihi restituas ⁊ restituis: potero bona defuncti petere a quolibet possidente: per hanc actionē preterq̄ ab eo qui restituit. ff. eo. per to. vnde sic formatur libellꝰ. Ago ego. S. cōtra. R. qui iniuste detinet hereditatē talē: que fuit quondam Titij: ⁊ que fuit mihi restituta per auctoritatē senatusconsul. trebel. ab herede in testamēto Titij instituto vnde illā hereditatē mihi peto restitui ⁊ ad hoc propono fideicom. here. peti. Quod autē libellus sit bene conceptus: probatur per iura supra allega. ⁊. ff. ad trebel. l. j. ⁊ instit. de fideicom. here. peti.

¶ De actione in rē preiudiciali pro libertinitate vel vasallinitate.

¶ Si libertꝰ tuꝰ vel vasallus gerat se pro ingenuo: negans aliquid tibi debere nomine operarum prestare: potes agere contra illū actione in rē preiudiciali: per quam ipsum reuocabis in libertinitatē hoc modo: ago ego. S. contra. R. quē dico meū libertū esse vel qui cū sit libertꝰ meꝰ gerit se pro libero vel ingenuo vnde ipsum in libertū meum peto: ⁊ ad hoc propono preiudicialem in rem actionē: quod ita recte concipiatur libellus habes insti. de actio. §. preiudiciales.

¶ De actione in rem preiudiciali de partu agnoscendo.

¶ Si filius vel nepos alicuius non agnoscatur a patre vel auo vel quia non prebet sibi alimenta potest compellere ipsum vt sibi prouideat per actionē in rē preiudicialē de partu agnoscendo que actio etiā locū habet vt filius agnoscat patrem: ⁊ nepos auū vt insti. de ac. §. preiudiciales: ⁊. ff. de libe. agno. l. siue. §. j. ⁊. l. si quis liberis ⁊. C. de alen. libe. per to. vnde in hac actione sic formatur libellus.

Deo ⁊ vobis domino. A. potestati. Bonon. conquero ego. S. de tali patre meo vel ego pater de tali filio meo. vel

ego auus de tali nepote meo: vel ego nepos de tali auo meo: q̃ cū ſim filiꝰ ſuꝰ: vel nepos: vl' p̄r vl' auꝰ denegat mihi alimenta ⁊ me denegat filiū ſuū vel patrē vel auū: vel nepotē: vnde vt alimenta p̄ſtet ⁊ me agnoſcat in filiū ſuum: vel patrem: vel auū vel nepotem: actionē in rem preiudicialem propono: vel propono officiū veſtrū dn̄e iudex ꝙ ita recte concipiat̃ libellus: dicit. l. j. ff. de rei vendi. ꝙ etiam alimenta petantur officio iudicis habetur. C. de alen. libe. l. ij.

¶ De actione pauliana.

¶ Si debitor alienat in fraudem creditorꝝ poſſunt creditores omnia alienata reuocare ꝑ actionē paulianam: nam ipſa dat̃ creditori aduerſus cū: q res debitoris ab alienatore in fraudē creditoris recepit. Et dicit̃ pauliana a Paulo p̄tore ad hoc vt ſi creditor non inueniat tot bona: vnde ſibi valeat ſatiſfieri: reuocent̃ cū fructibꝰ. ff. de vſu. l. videamꝰ §. in fauiana. In hac actione ſic forma libellū. Agit. S. contra. R. qui poſſidet predium tale: cuius confines ſunt tales: qd̓ prediū Titiꝰ debitor ſuꝰ alienauit ꝑ fraudem: vel fraudis conſilio: vt eum fraudaret de debito ſuo: ⁊ fraudatꝰ eſt cū bona ipſiꝰ Titij non ſufficiant ad debitū perſoluendū ipſo. R. poſſeſſore ſciente: ⁊ fraudem participante: vnde rē predictam reuocat cū fructibꝰ ⁊ omni cauſa propoſita actione pauliana: ꝙ libellus iſte ſit bene compoſitus: habet̃. l. j. ff. de his q̃ in frau. cre. ⁊. l. q autē. §. hoc edictū: ⁊. l. ait p̄tor. §. per hanc.

¶ De actione fauiana.

¶ Si libertus alienat in fraudem patroni poterit patronꝰ alienata reuocare per actionem fauianam: vnde in ea ſic format̃ libellꝰ. Ago ego. S. contra. R. qui poſſidet domū talem cuius tales ſunt confines: quam domū Titiꝰ libertus meꝰ alienauit in fraudē meam ad hoc vt me ſuū patronū fraudaret tertia parte: quam de iure habeo in bonis ipſius: vnde rem illam pro tertia parte ꝓ indiuiſo peto mihi reſtitui cū fructibus ⁊ omni cauſa: ⁊ ad hoc propono fauianam actionem: ꝙ ita recte concipiat̃ libellꝰ: ⁊ ꝙ fauiana patrono det̃: dicit. l. ff. ſi qd ĩ frau. pa. l. j. §. dolū. ⁊. l. q̃dcūq; ĩ p̄n. ⁊. l. videamꝰ. §. ĩ fauiana. ff. d̓ vſu.

¶ De vtili caluiſiana vl' vtili fauiana.

¶ Si qs arrogat aliquē in filiū: ⁊ poſtea alienat aliqd de rebus ſuis in fraudē filij arrogati: ad hoc vt diminuat q̄rtam quam dꝫ filio arrogato: per conſtitutionem diui pij de bonis ipſius. ff. de adop. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi poterit filiꝰ arrogatꝰ reuocare ꝑ vtilem caluiſianam vel fauianam. ff. ſi quid in fraudem patro. l. vlti. in hac aūt actione ſic forma libellū. Ago ego. S. contra R. q poſſidet res tales quas Titius pater meꝰ arrogator: in fraudem meam alienauit vt quarta debita mihi ex conſtitutione diui dij diminueret̃: vnde peto res predictas mihi aſſignari cū fructibꝰ ⁊ omni cauſa: ⁊ ad hoc ꝓpono vtilem caluiſianam vel vtilem fauianā vel vtilem in factū caluiſianam: ꝙ libellus iſte ſit bene cōceptus: probat̃ p̄calle. ll.

¶ De actione redibitoria.

¶ Si aliqs vendat tibi equum retrogradū: vel alio modo vitioſū: nec te certiorauit competit tibi emptori ignoranti contra vēditorē redibitoria actio ad ſex menſes. ff. de edil. edil. ediles aiūt ⁊. l. cū ſex vn̄ ſic forma libellū. Ago ego. S. cōtra. R. q vendidit mihi equū: q equꝰ eſt retrogradꝰ: vel alio modo vitioſus: vel ſeruū morboſum: vnde q2 dictus equus

vel seruus est in causa redibitionis. Ideo ad ipsum redibendum ꝙ omnia retro agantur cum accessionibus suis: redibitoriam propono actionem: ꝙ ita recte concipiatur libellus probatur per ll.ff.eo.l.j.ꝛ.l.redibere:ꝛ.l.cum autem §.iul.ꝛ.l.bouem ꝛ pluribus.ll.illius tit. Et est sciendū ꝙ redibere est facere: vt rursus habeat vēditor quod habuerat ꝛ qꝛ reddendo omnia ex vtraqꝫ parte id fiebat: idcirco redibitio est appellata quasi redditio.d.l.redibere.ff.eo.ꝛ predicta etiam no.in arte.di.ij.

¶ De quanto minoris actione.

¶ Hec actio datᷣ ad omnia ꝛ in omnibus casib⁹ in qbus redibitoria: ꝛ etiam in qbusdam alijs in qbus locū habet redibitoria: nam si seru⁹ emptus laborat vitio animi ex consuetudine: puta qꝛ sit blesus vel mendax: de quo probabiliter ignorauit emptor: competit ei quāto minoris actio.l.quereᷣ.§.vltim.ff.de edil. edic. ꝛ competit quando propter vitium vel morbuꝫ res minus valet ꝙ̃ valeret communiter: si illud vitiū deficeret: ad repetendū de precio tantū quantuꝫ res propter vitiū valet minus: vnde in hac actione sic formabis libellū. Ago ego. S.contra. R. qui vendidit mihi seruū vitiosum: scꝫ q est erro vel fugitiuus vel seruum morbosum: puta hydropicum: vel equum morbosum qui habet gallas ꝛ super ossa: vel qꝛ ē retrograd⁹: vel talem codicem qui est corruptus in textu: vel codicillatus seu cancellatus: vel fundum qui ducit herbam pestibulam: vel carnem que non fuit syncera: vnde qꝛ propter dictum morbum vel vitium res predicta decem minus valet ꝙ̃ valeret si illo morbo vel vitio careret: ideo illa decem peto: qꝛ res illa tanto minoris ē: ꝛ ad predicta propono actionem quanto minoris: ꝛ ꝙ ita concipiendus sit libellus dicit.l.ff.de edil.edi.l.ꝙ si nolit. §. si quis egerit. Qđ etiam vitium vel morb⁹ debeat inseri: dicunt.ll.ff.e.l.ob q̃ vitia.§.animi: ꝛ multe.ll.tituli illius.

¶ De actione in factum edilitia.

¶ Hec actio competit in multis casibus ꝛ diuer. competit enim in primis quando facta fuit redibitio: ꝛ preciū nō restituitur emptori cū accessionibus ꝛ alijs q̃ iubēt ediles: vnde emptor sic format libellū. Ago ego. S.contra. R. qui vendidit mihi equū morbosum: cui⁹ ēg cū facta sit redibitio ꝛ precium non sit mihi restitutum: ꝛ accessiones: puta.x. ideo predictū preciū peto mihi restituiᷣ ꝛ ad hoc propono actioneꝫ in factū edili ciam. Item competit etiam venditori quando non restituunᷣ ab emptore ei q̃ sunt acqsita per seruū: ꝛ ad alia q̃ precipiūt ediles ꝛ in hoc casu venditor sic format libellū. Ago ego. S.contra. R. cui vendidi equū morbosum nomine cuius equi egit redibitoria contra me: ꝛ redibitio facta est: sed qꝛ non restituit q̃sita per seruum vel vel equū ꝛ accessiones: puta talia: ideo contra ipsum ago vt predicta mihi restituat: ꝛ ad hoc ꝓpono actionem in factū ediliciam. Qđ in vtroqꝫ casu recte concipiatur libellus: dicit l.ff.eo.l.quod si velit.§.in factum: ꝛ ista sufficiant breuitatis causa.

¶ De exercitoria actione.

¶ Si aliquis haberet nauē fluuialem vel marinam vel qui stagno nauigaret proponat in ea magistrū vt contrahat: teneᷣ iste qui preponit actione exercitoria: ꝛ denominatur exercitor dominus ille qui preponit: ꝛ qui preponitur magister: vt.ff.e.l.j.§.ij. Libell⁹. Ago ego S. contra. R. qui cum Titium preposuerit naui sue: cuꝫ ipso Titio magistro

[n]auis conueni: ꝙ portaret mecum reb9 meis vltra mare in subsidiū ⁊ terre sancte: vnde q2 fidem fregit peto ab ipso .c. libras: cum in tantū mea intersit: ⁊ ad hoc propono exercitoriā. Qđ ita recte ꝯcipiat̃ dicit .l. ff. de exer. ac. l. j. ⁊ .l. si ser uus: ⁊ insti. de actio. §. sequēs. ⁊. §. oēs.

¶ De institoria actione.

¶ Si dominus aliqd preponat seruū vel filiū vel liberum hominem alicui taberne vel stationi vel negociationi: si cō trabo cum illo preposito: ⁊ mihi non facit quod conuenit possum agere contra dñm: vel patrem actione institoria: in q̄ sic forma lib. Ago ego. S. contra. R. a quo peto .x. que mutaui titio preposito ab eo tali taberne ad vinū vendendum ad predicta propono institoriam actionem: predicta probantur. ff. eo. per to.

¶ De tributoria actione.

¶ Est ⁊ alia actio que vocat̃ tributoria: per quam consulit̃ contrahenti cū filio vel seruo alicuius: in quo vsufructū habet ꝙ pater vel dominus vocet̃ in tributum idest vt communicet omnibus creditoribus merces peculiares: ⁊ tantum tribuat cuilibet creditori: quantum sibi retinet pro rata debiti: vt. ff. eo. l. j. vnde in hac actione sic forma libel. Ago ego. S. contra. R. q merces tales puta: ceram vel pannos quos apud se habet: in qb9 mercibus cum Titio filio vel seruo suo contraxi: eo sciente ⁊ non contradicente: vnde peto ꝙ mihi contribuat vel si forte contribuit: sed non ad plenū: dicas ꝙ merces min9 contribuerit: vnde ad plenum contribuat: ago: ⁊ ad hoc propono tributoriam. Quod ita recte concipiat̃ libell9 dicit. l. j. ff. eo. ti. ⁊ insti. qđ cum eo qui in alie. po.

¶ De in rem verso actione.

¶ Si aliqs contraxit cū seruo vel filio emendo vel vendendo: vel mutuando: vel alio quocūq3 modo: ⁊ ex illo contractu aliquod versu3 est in rem dñi vel patris: tenet̃ pater vel dñs contrahenti acsi cū eo esset contractū: ⁊ hoc q̄tenus in rem suam versum est. Si ergo in totū sit versum agit in totū: si vero in parte: pro parte agit: vt. ff. eo. l. j. ⁊ . l. si pro parte. §. in rem aūt versum: ⁊ forma libellū sic. Agit. S. contra. R. a quo petit .x. q̄ Titio ipsi9 filio vel seruo mutuauit vel alias cū eo contraxit: que pecunia i sui. R. vtilitatem fuit versa: vnde illam petit sibi restitui: proposita actione de i rem verso. Qđ ita concipiatur libellus. dicunt iura preallegata: ⁊ habetur in insti. ꝙ cum eo qui in alie. potesta.

¶ De quod iussu actione.

¶ Si fili9 vel seru9 alicui9 contrahat tecū iussu vel mandato patris vel dñi: tenet̃ pater vel dñs insolidū tibi actiōe qđ iussu: siue dirigat̃ iussus ad se: vl' ad filiū siue seruū: siue generaliter dicat̃: cōtrahat qcūq3 vult cū seruo meo vt. ff. e. l. j. ⁊ per to. vnde ita forma libellū. Ago ego. S. contra. R. a quo peto re3 talem: quam tali eius filio vel seruo iussu suo commodaui. vel tot libras q̄s ei9 iussu mutuaui. ⁊ ad hoc propono actione3 qđ iussu. Qđ libellus sit bene concept9 probatur iuribus pealle.

¶ De actione de peculio.

¶ Si contraxisti cū seruo vel filio habente peculiū de patris vel domini volūtate: competit tibi actio de peculio cō tra dominum vel patrem. ff. eo. ti. per to. hoc tamen fallit in filio fa. si pecuniam accipiat mutuo contra macedonianū. C. ad se. ꝯsul. mace. l. pe. Et si seru9 vl' fili9 non viuat ⁊ trāsierit ann9 vtilis vt. ff. eo. l. j. §. potestatis: ⁊. l. se. ⁊. l. j. ff. q̄ndo de pecu. actio est anna. Ite3 si ser

mus fideiubet extra cãꝫ peculiareꝫ: vel compromittat: vel mandauit ⁊c. vt. ff. de peculio. l. licet. §. si filiusfa. ⁊. §. iulianus: ⁊. §. si seruꝰ: in hac actione sic forma libellũ. Agit. S. cõtra. R. a quo petit. xx. q̃ Titio seruo ipsiꝰ vel filio mutuauit: vnde vt sibi dictam pecuniã reddat: ꝓponit contra eũ actionem de peculio: ꝓbat̃ hec forma. ll. preallegatis.

¶ De constituta.

¶ Si aliqs pro aliquo se soluturũ constituat simplici pacto id qḋ ex aliqua cã erat debitũ siue naturaliter tantuꝫ: siue naturaliter ⁊ ciuiliter: dat̃ in eũ: si non soluat actio de constituta: vt. ff. co. tit. l. j. ⁊. l. qḋ si. §. si qs: vnde in hac actione sic forma libellum. Ago ego. S. contra. R. q se mihi in. x. constitut debitorem pro Titio: a quo mihi illa. x. debebantur ex causa mutui: vel q2 mihi promisit etiam ex nudo pacto. vnde ꝙ illa. x. mihi soluat: ago contra illũ ⁊ ad hoc ꝓpono actioneꝫ de constituta. Qḋ ita recte concipiat̃ libellꝰ probat̃ insti. de ac. §. de pecunia aut̃. ꝯstituta. ⁊. ff. co. ꝑ to.

¶ De vtili ex empto: vel ex alia causa: ex qua iuratur.

¶ Si rem aliquam posꝫ debas quam ego dicebam ad me pertinere cã adiecta puta q2 emi a te. vel q2 mihi donasti vel q2 fuit mihi legata a testatore tuo: vel ab alio: ⁊ tu detulisti mihi iuramentũ: ꝙ ego iurarem rem mihi a te venditam: ⁊ ego iuraui: ꝙ tu mihi vendidisti competit mihi vtil' ex empto. Si iuraui ꝙ res fuit mihi legata te deferente competit mihi vtilis ex testaméto: ⁊ sic de alijs contractibꝰ: vt. ff. de iureiur. l. sed ⁊ si posses. §. item. ⁊. §. si cũ. vnde in hac actione multi formant̃ libelli: ſm diuersitatem causarum: sed in casu premisso sic forma libellũ. Ago ego. S. cõtra. R. a quo peto rem talem q2 cũ illaꝫ peterem actione ex empto: ipse mihi detulit sacramentũ q̃ iuraui ipaꝫ eũ mihi vendidisse pro. xx. vnde rem illaꝫ mihi tradi vel qḋ interest prestari peto vtili actione ex empto. Qḋ ita recte ꝯcipiat̃ libellꝰ probat̃. ff. de iureiu. l. si duo. §. si quis iurauerit: ⁊ nota ꝙ eodem modo format̃ in alijs actionibus: quando iuratum est actore deferente.

¶ De vtili certi conditione que datur ex confessione.

¶ Si aliqs fuit confessus in iuditio se aliqd mihi debere dat̃ mihi ꝯtra eũ talis actio. s. vtilis certi ꝯditio. vt. ff. ad. l. aql. ꝓinde. §. j. ⁊. ij. Et in hoc exéplũ pone: ꝙ agebã ꝯtra te certi ꝯditiõe ex mutuo: forte mutuũ ita ꝓbare nó poteram tu fuisti in iudicio cófessus verũtamen ego fui negligés ꝙ non institi vt daret̃ sententia. j. trienniũ: ⁊ ita triéniũ ē clapsum: nũc volo agere vtili certi conditione ex mutuo: ⁊ ex illa confessione hñ possum: nam nõ pereũt acta corã illo iudice licet pereat instãtia: q2 acta vel gesta redacta in publica monumenta habere volumꝰ perpetuã firmitaté: vt. C. de re iudi. l. vlt. vñ sic agaꝫ. ago ego. S. ꝯ. R. q fuit coram iudice ꝯfessus se mihi debere. x. cũ illa decem peterem ab eo ex cã mutui. vnde ꝙ illa decē mihi soluat. ago contra eũ ⁊ ꝓpono vtilem certi ꝯditioneꝫ ex mutuo. Qḋ ita recte concipiat̃ libellus probat̃ per. l. s. allega.

¶ De actione negocio. gesto. directa.

¶ Si aliquis te absente vel presente ⁊ ignorante sine mandato ⁊ sponte gerat negocia tua ꝯpetit tibi cõtra eũ directa neg. gesto. actio. ⁊ in ea forma sic libellũ Ago ego. S. contra. R. q gerendo negocia mea me absente vel ꝑsente ⁊ ignorãte ꝑcepit ex bóis meis. c. vñ ꝙ illa. c.

mihi reddat ago contra ipsuz: et ad hoc propono negociorum gestorum directam probatur hec forma. ff. co. l. j. et. ij. et insti. de obli. que ex quasi contra. nas.

¶ De actione negociorum gestorum pro tutore vel curatore.

¶ Si quis est tutor vel curator alicui9: et ego gero negocia pupilli sui vel minoris: que ipse debebat ex officio gerere et sic erat sua causa in cura et sollicitudine: unde habet locum actio. nego. gest. ut. ff. eo. l. si pupilli: in pri. et tunc forma ita libellum. Ago ego S. contra. R. qui mei contemplatione gessit negocia pupilli vel adulti mei: unde quia ex illa administratione vel gestione percepit. x. ideo contra ipsum ago: et peto illa. x. mihi solui. proposita nego. gesto. actione. Quod ita concipiatur libellus probatur. l. prealle. et. ff. eo. per to.

¶ De utili negociorum gestorum actione.

¶ Si aliquis cum credens se tutorem vel curatorem: gerat negocia minoris vel adulti: competit adulto contra eum actio utilis nego. gesto. ff. e. l. ait pretor. §. si furiosi. et §. curatori: et. C. e. ti. l. curator. In ea sic forma libellum. Ago ego. S. contra. R. qui credens se meum curatorem: administrauit negocia mea: et male: vel qui fuit curator meus vel mihi datus in testamento: et confirmatus legitimus vel datiuus: unde quod reddat mihi rationem administrationis ago contra ipsum etc. vel sic: quia dolo vel culpa sua lata vel leui commissa ab eo in administratione sua damnificatus in. x. vel ex illa administratione habet x. ideo illa. x. peto et ad hoc propono utilem negocio. gestor. actionem. Quod ita debeat concipi libellus: dicunt. ll. prealle.

¶ De contraria negociorum gestorum actione.

¶ Si tu geras negocia alicuius: et aliquid impendisti in illa gestione: poteris repetere per actionem neg. gest. contraria ut instit. de ob. que ex quasi contranas. §. j. et. ff. eo. titu. l. ij. Unde si vis agere pro eo quod soluisti in illa administratione sic forma libellum. Ago ego. S. contra R. cuius negocia eo absente: vel etiam presente sed ignorante administraui et sponte: in qua administratione. x. de bonis meis erogaui: unde ut illa. x. mihi soluat. ago contra ipsum et peto usuras que cucurrerunt a tempore more: et ad hoc propono contrariam negoc. gesto. Quod ita debeat concipi libellus dicunt. ll. prealle.

¶ De actione pro tutele.

¶ Si aliquis credens se tutorem cum non esset vel sciens se tutorez non esse: fingit tamen se tutorem gerit negocium alicui9: conueniri potest ab eo: cuius gerit negocia actione pro tutele: ut. ff. de eo qui pro tuto. nego. gesto. l. j. §. j. et. ij. Unde sic forma libellum. ago ego. S. contra. R. qui tanquam tutor gessit negocia mea: cum non esset: ex qua gestione sunt. c. apud eum: vel ex illa gestione me damnificauit in centum: unde illa centum peto: et ad hoc propono actionem pro tutele. Quod ita recte concipiatur libellus dicunt. ll. prealle.

¶ De contraria pro tutele actione.

¶ Si aliquis credens se esse tutorem cum non esset: et administrauit bona alicui9 pupilli: et illa administratione aliquid de suo impendit potest illud petere per contrariam pro tutele actionem: ut. ff. eo. l. ulti. Unde sic forma libellum. ago ego. S. contra. R. cuius bona administraui: credens me esse tutorem illius in qua administratione expendi decem: ideo illa decem peto per contrariaz actionem pro tutele. Quod ita recte concipiatur libellus dicunt leges predicte.

¶ De actione depositi. in quat-

tuor casibus.

¶ Si deposuisti apud aliquē res tuas cā timoris incēdij: ruine: naufragij seu tumult⁹: ꝛ ipse non vult restituere: habebis contra cū actionem depositi. Et in ea sic concipe libellum. Ago ego. S. contra. R. apud quem deposui res tales tempore tali: ꝛ timore incendij: ruine naufragij seu tumult⁹: vnde peto res illas mihi restitui: ꝛ si ipse fuerit res ipsas inficiatus: peto res illas in duplū mihi restitui: ꝛ ad hoc propono actionem depositi: probat̄. ff. de posi. l. j. §. j. ꝛ l. quod tumultus: ꝛ insti. de ac. §. sequēs ꝛ nota ꝙ predicta omnia largius notantur in arte. iij. distin. in fi. ꝛ. iiij. distin. §. in duplum.

¶ De actione vie reiecte.

¶ Si vicin⁹ in agrū vicini viam publicam reiecerit: potestis per cuius fundū via est facta: agere actiōe vie reiecte ad suū interesse: scilicet quanti interest sua ꝙ via publica per fundum illius facta non esset: vt. ff. de via publi. l. si i agrū: vnde in hac actione sic forma libellum. Ago ego. S. contra. R. qui in agrum meū viam publicam reiecit seu immisit: propter quod interest mea in. c. ne illa via ita reiecta sit: vñ illō meū interesse peto: ꝛ ad hoc propono actionem vie reiecte. Qd̄ ita recte concipiat̄ libellus: ꝛ ad interesse: ꝛ ad actionem propositā dicit. l. ff. de via publica. l. pen.

¶ De actione quod metus causa.

¶ Compellit qs aliquem per metum mortis. vel q continet periculū corporis ꝛ cruciatū: q etiam caderet in hominē constantis animi: vt rem aliquā sibi tradat: vel vendat vel donet: vel cū ab obligatione liberet vnde metū passo succurrit per actionem quod metus causa: q̄ personalis est ꝛ pretoria: ꝛ quemlibet possessorem rei persequit̄: vt insti. de ac. §. sequēs: ꝛ. ff. co. l. metū. §. volenti. ꝛ. §. hec actio. ꝛ in hac actione sic forma libellū. Ago ego. S. contra. R. q compulit me per metū: vt sibi vendere vel promitterem talem rem: vel cū ab obligatione liberarem: vnde ꝙ a tali obligatione me liberet: vel vt se in pristinam obligationem reponat: ago contra ipsum ꝛ propono actionem quod metus causa. Qd̄ autem hec actio locum habeat: siue negociū sit perfectū: siue imperfectum: ꝛ etiam in obligationibus rescidendis dicit. l. ff. co. l. metum. §. sed ꝙ pretor. ꝛ. §. ex hoc edicto: ꝛ nota ꝙ de materia ista plenius inuenies notatum in arte. j. ꝛ. ij. distin.

¶ De actione de dolo.

¶ Si qs dolo te decipiat in contractu: siue ex proposito siue ex incidenti: habes contra ip̄m actionē de dolo: in qua sic forma libellū: quando dol⁹ dat cām cōtractui bone fidei. Ago ego. S. contra R. q me dolo induxit ad hoc vt sibi venderē codicē meū: alias non venditur⁹: ꝛ illū codicē sibi tradidi: vnde vt eundē codicē mihi restituat: ago contra ipsum ꝛ ad hoc propono actionem de dolo: ꝙ ita recte concipiat̄ libell⁹ dicit. l. ff. e. eleganter in prin. Si aūt dol⁹ incidat in cōtractū bone fidei: sic forma libellū. Ago ego. S. contra. R. q cū proponerem vendere codicē meū pro. xx. dolo suo incidente contractui: me decepit in duob⁹ denarijs: vnde vt illos denarios mihi det ꝛ soluat ago contra ipsū: ꝛ ad hoc propono actionē ex vēdito: ꝙ ita recte concipiat̄ libell⁹: etiam pro minima q̄ntitate dicit. l. ff. de ac. em. l. iul. §. p cōtrariū. Si autem dol⁹ incidat in contractu stricti iuris tūc si q̄titas est vltra duos aureos: dabit̄ actio de dolo: ꝛ sic conci-

pe libellū. Ago ego. S. contra. R. q in possessione quam sibi feci: decepit me in trib⁹ aureis: vnde ꝙ predictam mihi q̄titatem restituat: ago contra cū actione de dolo: ꝙ ita recte concipiat̄ libell⁹ dicit. l. C. de inuti. stipu. l. dolo. Si āt dol⁹ dat cām cōtractui stricti iuris: tūc tenet cōtract⁹: sed obstat exceptio: nisi sit processum ad traditionē: ⁊ tūc locū hȝ de dolo: ⁊ forma libellū vt p̄dixi: ⁊ nota demum ꝙ ista pleni⁹ tractant̄ in arte.

¶ De actione furti manifesti.

¶ Si qs rem tuam auferat tibi: ⁊ tu cū in eo delicto deprehendas: vel codeȝ die anteq̄ perueniat ad locū destinatū deprehensus vel visus fuerit: habes cōtra illū actionem furti manifesti. In q̄ sic forma libellum. Ago ego. S. contra R. q codicem meuȝ mihi subtraxit: vel furat⁹ est: ⁊ anteq̄ cū illo codice perueniret ad locū destinatū: scilicet quo ire volebat: fuit deprehensus vel visus cū illo codice a me a vel a Titio vel ab alio vnde mihi peto ipm in quadruplū condemnari ⁊ ad hoc propono actionē furti manifesti. Quod ita recte concipiat̄ libell⁹ dicit. l. insti. de ob. q̄ ex delic. §. manifestus: ⁊. ff. co. l. fur manifest⁹. Si autem vis agere criminaliter: facias simplicem accusationem per iuramentū: q̄ postea scribit̄ in libro cōis: hoc modo. Talis suo sacramento accusat talē quē dicit sibi vnū codicem furtim abstulisse de tali loco: vnde petit eū puniri. Secūdū formam con. Bononiē. fit libell⁹ cū die ⁊ consule ⁊c. Sed quia vsus modernorum ipsum repellit ab aula: ideo ipsum in presenti libello non duximus inserendum.

¶ De actione furti aduersus nautas: caupo. stabul.

¶ Si nauta: caupo: stabularius: vel aliqs de eorū familia furto tibi res tuaȝ subtraxit: habes contra cū furti actionem in duplū. In q̄ sic forma libellū. Ago ego. S. contra. R. in cui⁹ nauē: cauponā: seu stabulo: res seu merces intuli seu immisi: q̄ res mihi subtracte sunt a tali: vnde contra cauponeȝ ago actione i factū: ex illo titulo furti aduersus nau. cau. sta. vt recepta restituant: ⁊ peto duplū per predictam actionē: ⁊ hoc q̄ndo ago contra nau. cau. sta. Si aūt vis agere contra illū q surripuit: ita dices. Ago ego. S. contra. R. q merces seu res q̄s intuli seu immisi in nauem seu cauponam seu stabulū Titij mihi subtraxit: vñ noie predictaꝝ merciū i duplū ago contra ipsum: ⁊ ad hoc propono actionem furti manifesti vel nec manifesti ex illo titulo furti aduersus nau. Quod aūt in vtriusqȝ persona recte concipiat̄ libellus: dicit. l. ff. co. l. j.

¶ De actione in factū ex illo edicto nau. cau. stabul. vt re. restitu.

¶ Si nauta. caupo. vel stabulari⁹: res q̄s immisisti in nauem: cau. sta. non restituerit: sed forte dicit eas amissas tenet̄ actōe in factū ex illo edic. nau. cau. sta. vt re. resti. Unde sic forma libellū i hac actione. Ago ego. S. contra. R. in cuius nauē. cau. sta. immisi vel intuli: eo sciente merces tales: q̄s ipse vel alius abstulit vel subtraxit mihi puta talis: vnde ꝙ res illas restituat ago cōtra ipsum ⁊ ad hoc propono actionem in factū ex illo edicto. nau. caupo. sta. vt re. restituant. Qđ ita recte concipiatur libellus dicit. l. ff. co. l. fi.

¶ De actione serui corrupti.

¶ Si tu habeȝ seruū: ⁊ ego animū ei⁹ corrūpo faciendo de bono malū: ⁊ de malo deteriorem: habet locū hec actio: vt. ff. co. l. j. in prin. ⁊. §. vlti. In q̄ sic for

ma libellū. Ago ego. S. cōtra. R. q ser-
uū meum. Titium corrupit: suadendo
sibi dolo ⁊ fraude vt me contemneret vl'
subtraheret mihi res meas puta tales
propter qđ seru⁹ est deteriorat⁹ in. x. ió
illa. x. peto ⁊ ēt res q̄s mihi subtraxit. ⁊
ad hoc propono actionem serui corru-
pti. Qđ ita recte cōcipiat̄ libell⁹ dicit. l.
ff. eo. l. j. ⁊. l. si qs seruum. §. vlti. Et no.
q̄ omnia predicta notant̄ i arte. d. iiij.

¶ De actione vi bonoꝝ raptorū.

¶ Si aliqs rem tuam mobilē per vio-
lētiā tibi auferat h3 locū hec actio vi bo.
rap. q̄ qdē ē i q̄druplū re ꝯputata. vt in
sti. eo. §. q̄druplū. In hac actione sic for
ma libellū. Vobis dño. E. pōt. Bono.
ꝯqueror ego. P. de. R. q p violentiā ab
stulit mihi codicem meū vel mihi com-
modatū vel depositū: vnde peto ipsum
in q̄druplū condemnari: ad qđ propo-
no actionem vi bono. rapto. q̄ ita recte
concipiat̄ libell⁹ dicit. l. insti. e. §. j. ⁊. ff. e.
l. j. ⁊. l. pretor. Illđ nota: q̄ predicta cui
denti⁹ notant̄ in arte. distin. iij. ⁊. iiij.

¶ De actione iniuriaꝝ pretoria.

¶ Si aliqs fecit tibi iniuriam dicto fa
cto seu scripto: preterq̄ in trib⁹ casib⁹:
scilicet quando qs est pulsat⁹: verbera-
tus: vel dom⁹ sua vi introita: habes con
tra eū actionem iniuriarum pretoriam
nam in alijs trib⁹ casib⁹ competit ciui-
lis: de quo suo loco dicem⁹. Libell⁹. A-
go ego. S. contra. R. q mihi talem iiu
riam dixit: scilicet q̄ me vocauit filium
meretricis: vel cucurbitam: vel scripsit
de me carmē famosū: scilicet q̄ erā ra
ptor: latro: atq3 pyrrata: vel cantauit đ
me malam cantilenam: quam iniuria3
nollem mihi dixisset: vel de me cantas
set seu scripsisset pro. c. libris Boñ. q̄s
centū libras peto mihi dari: vel prestari
⁊ ad hoc ꝓpono actionem iniuriaꝝ p̄-
toriam hec insti. de iniu. §. in summa. ⁊
ff. eo. l. pretor. Si aūt qs vult agere cri
minaliter faciat simpliceꝫ accusationē
prout dixi. s. in actione furti. nota tñ q̄
abūdanti⁹ p̄dicta notant̄ in arte. di. vj.

¶ De actione in factū subsidiaria. l.
aqlie: Et de vtili actione. l. aqlie.

¶ Ad euidentiam hui⁹ actionis not.
q̄ pro damno dato interdū competit ac
tio. l. aqlie directa: q̄ tūc competit: cum
damnū dat̄ de corpore in corp⁹ vt insti.
ad. l. aq. §. ceterū: ⁊ ostendem⁹ cū de ea
inter alias ciuiles tractabim⁹: interdū
vtilis q̄ tūc competit: cū damnū dat̄ đ
nō corpore in corp⁹ veluti si panno ru-
beo fugaui armenta: vel iumenta: ⁊ au
fugerūt ⁊ p̄cipitata sunt: tenor vtili ac.
l. aql. q2 sñia concordat. l3 v̄ba deficiāt:
sc3 q2 damnū datū est sed a non corpore
sed q2 p̄stiti occasionē damni vñ dānu3
videor dedisse: vt. ff. ad. l. aq. q occidit
§. in ac quoq3. Inerdum in factū subsi
diaria sc3 cū damnū dat̄ a corpe in nō
corp⁹ vbi gratia: excussi anulū de ma-
nib⁹ tuis aureū: cecidit in mari vel flu-
mine certe damnū datū est a corpore in
nō corp⁹: q2 anul⁹ stans in aq̄: non est
fact⁹ deterior: ⁊ hoc h3 do. Jo. Sed. d.
me⁹. R. dicit q̄ vtroq3 casu cōpetit vti-
lis. Si aūt damnū dat̄ a non corpore i
non corp⁹ tūc locū habet actio p̄dicta in
factū verbi gratia: solui seruū tuū com
peditatū. miseric cā seru⁹ ille postea fu
git cōstat enim q̄ corp⁹ nō ē lesum: ⁊ cō
stat q̄ a corpe meo non dedi damnum
sed pp seq̄ntem fugā damnū tibi illatū
est vnde competit in factū: vt instit. ad
l. acq. §. vlti. vñ in his actionib⁹ sic for-
ma libellū. Ago ego. S. contra. R. qui
panno rubeo fugauit armentū meū vel
pecora mea inclusit: ⁊ ita fame mortua
sunt que qdem iam est anu⁹: q̄ value-

rũt.c.vñ ꝙ illa cẽtũ p̃stet ago contra ipsum: ⁊ ad hoc propono vtilẽ actionem l.agl.vel in factũ. Qḋ ita recte ꝯcipiat̃ libell⁹: probat̃ insti.eod.§.ceterũ: ⁊ hoc quando damnũ datũ est a non corpore in corp⁹. Si aũt damnum datũ sit a non corpore in non corp⁹: vel a corpore in non corp⁹ concipies sic libellũ. Ago ego. S. contra. R. q seruũ tuũ Titiuꝫ: quẽ posueram in compedib⁹ soluit: ⁊ ita illa seru⁹ aufugit: q valuit.xl.iam sunt: xxx.dies vñ ipsa.xl.peto: ⁊ ad hoc ꝓpono actionẽ in factũ subsidiaria.l.aqui. vel q̃ anulũ meũ vel denarios meos excussit de manib⁹ meis: ⁊ deuenerũt in flumine vel mari: quẽ anulũ estimo.c. solidoꝝ: vt illos.c.solidos det mihi contra ipm ago: ⁊ ad hoc propono actionẽ in factũ subsidiariam.l.aq. Qḋ is duob⁹ exẽplis recte concipiat̃ libell⁹: dicit l.ff.de prescrip.verb.l.q̃ actione.

Explicit tractatus de pretoriis actionibus.

Incipit secunda pars huius summe. Et prohemium in tractatum de interdictis.



Uperiori particula explicite sunt pretorie actiones: hic vero sibi locũ vendicant interdicta: q̃ ſm nostre paruitatis igeniũ explicem⁹: nã ⁊ ipsa p̃toria sunt: vt insti.de interdic.in prin. Sꝫ q̃ vocabulũ interdicti: ⁊ in quo interdictũ ab actiõe differat explicuim⁹ i arte.xij.di.nũc tractenus de singulis interdictis q̃liter in vnoquoqꝫ libell⁹ formet̃. Et q̃ ꝑ interdictũ de mortuo inferẽdo: cã religionis tuet̃.ff.de interdi.l.ij.§. ⁊ dignior est cã religionis: vt ar.ff.cõmunia de ser.p̃ca ueri. ⁊ ar. C. de sacro sanc.eccle.l.sancimus: ideo ab ipso primit⁹ incohoemus.

De iterdicto de mortuo inferendo.

Si aliqs vult sepelire, vel inferere mortuũ in sepulchrũ: ad qḋ sepulchrũ sibi ꝯpetit ius inferẽdi mortuũ vl' de nouo velit facere sepulchrũ in locũ suũ purũ ⁊ prohibeat̃ ab aliq̃: poterit agere interdicto de mortuo inferendo: qḋ ꝓhibitoriũ est vel actione i factũ surrogata in locũ illi⁹ interdicti: insti.de interdi.§. ꝓhibitoria: vt.ff.eo.l.j. ⁊ si fuit ꝓhibitũ hẽt p̃dictũ interdictũ ad interesse: ⁊ hꝫ locũ actio i factũ ad interesse vt ꝑ eam tantũ cõsequat̃ actor q̃ntũ iterfuit eius non prohibitũ fuisse.ff.de reli. ⁊ sump.fu.l.libeꝝ: ⁊.ff.de mor.infe.l.j. Uñ in h' interdicto siue actione sic forma libellũ. Uobis dño. B. potestati Bono.conq̃ror ego. S. ḋ. R. q me prohibuit inferre mortuũ in locũ talẽ: in q̃ mihi erat ius iferẽdi: vñ pp̃ illam prohibitionẽ intuli in aliũ locũ preciũ quẽ emi: vel conduxi pro tanto p̃cio.s.decẽ: qḋ interesse dicti loci estimo viginti q̃ peto actione in factũ loco eiusdem interdicti. Qḋ ita recte concipiat̃ libell⁹: probat̃.ff. de mor.infe.l.j. ⁊.ff.de.reli.l.liberum.

De iter.de sepulchro edificando.

Si qs volebat edificare sepulchrũ ad qḋ edificandũ sibi ius competebat ⁊ ab aliq̃ prohibeat̃: habet contra eum interdictũ de sepulchro edificando: vt ff.de mor.ife..l.j.§.p̃tor ait. In q̃ sic forma libellũ. Uobis dño. A. ptãti. Bo.cõq̃ror ego. S. contra. R. q me prohibet volẽtem edificare sepulchrũ in loco tali cuius cõfines sunt tales in quo loco est mihi ius edificandi sepulchrum ⁊ mor-

tuū inferendi: vnde ne me impediat in futurū: ago contra ipm ꝛ ad hoc propono actionē in factū surrogatam in locū interdicti de sepulchro edificando. Qd ita concipiat̄ li. pbat̄. d. §. ptor. Et nota ꝙ bene dixi actiōe in factū: q2 hodie interdicta non proponunt̄. sed actio in factum pro interdictis surrogata.

¶ De interdicto ne quid in loco sacro fiat.

¶ Si qs edificat vel aliqd immittit i loco sacro qd pertineat ad incōmoduz vel deformitatez loci: ꝛ non ad ornatū: tenet̄ interdicto ne qd in loco sacro fiat imittaturue. In hoc aūt interdicto ita ꝯcipit̄ libellus. Ago ego. S. P. R. q immisit vel vult immittere in loco tali sacro cui⁹ tales sunt fines: pp quā immissionem loc⁹ ille turpis ꝛ deformis apparet vnde vt illud qd immisit remoueat vel ne immitat vel imitti faciat ago ꝯtra ipsum vel peto ipm prohiberi: ꝛ ad hoc ꝓpono actionez in factū surrogatā in locū interdicti ne qd ꝛc̄. Qd ita recte concipiatur libellus probat̄. ff. co. l. j. ꝛ. l. ij. §. locorum. ff. ne quid in loco pub.

¶ De interdicto ne quid in loco publico fiat.

¶ Contingit sepe: ꝙ aliqs in via publica: vel in loco publico aliqd edificat vel immittit ideo interdictū proditū ne qd fiat in loco publico: vel via vel itinere publico ꝛ si factū fuerit ꝙ tollat̄: ꝛ sic est istud interdictū ex prima parte prohibitoriū: ꝛ ex secūda restitutorium vt. ff. co. ti. l. j. in pn. ꝛ. §. hoc interdictū ꝛ. §. ait pretor. In hoc aūt interdicto sic concipiat̄ libellus. Ago ego. S. contra R. q vult ponere vel imposuit i loco publico cuius tales sunt fines: tale qd: per qd loc⁹ public⁹ deteriorat̄ vnde peto ipsum prohiberi ne ponat. Vel si posuit dicas vnde vt positū tollat ago ꝯtra ipsum ad hoc propono actionem in factū surrogataz in locū interdicti ne qd fiat in loco publico. Quod ita recte concipiatur libellus: dicunt. ll. p̄call.

¶ De interdicto: ne quid in flumine publico vel ripa eius ponatur.

¶ Si aliqd vult immitti ab aliq̄ in flumine publico vel ripa ipsi⁹ vel forte est immissuz competit hoc interdictū: quorū vnū est ꝓhibitoriū. s. ne qd fiat i flumine publico vel ripa ipsi⁹ aliud restitutoriū: scilicet ꝙ si factū fuerit restituat̄ ꝛ tollatur. vt. ff. co. l. j. in prin. ꝛ. §. deinde ait pretor. ꝛ. ff. de flumi. l. j. In his interdictis ita concipe libellū. Ago ego. S. contra. R. q tale qd posuit in flumine tali propter quod flumen non est nauigabile: vel ꝓpter qd flumen nauigari nō potest. Unde ꝙ remoueat ago contra ipsum. Si aūt nondum posuit sed vult ponere: dicas ita in libello: q vult ponere: vnde peto ipsum prohiberi: ad hoc propono interdictum de fluminibus ne qd in flumine publico ripa vel ipsi⁹ fiat quo pei⁹ nauiget̄: vel actionem in factū subrogatam in locum illius interdicti. Qd ita recte concipiat̄: dicūt. ll. p̄callega. Si autem vis agere ex alio interdicto: scilicet ne qd fiat in flumine publico: concipies ita libellum. Ago ego S. contra. R. q in flumine publico tale qd posuit quo flumen illud aliter fluit ꝙ fluxerat i priore estate: vnde vt remoueat contra ipsum ago. Vel si vult ponere dicas. Ago contra ipsuz ne ponat ꝛ ad hoc propono interdictum ne qd in flumine publico fiat quo alter fluat ꝙ fluxit in priore estate vel actionem in factum subrogatam in locū ipsius interdicti. Quod ita recte concipiat̄ libellus: probatur. ff. ne qd in flu. pub. per to. Si

aũt ppid qȯ immissum est molendinũ
tuum ḿ e factum deterius sic dices. Ago
ego. S.contra. R.qui tale op⁹ vult face
re:vel immittere:vel fecit vel immisit in
flumine tali pp qȯ damnũ mihi infert
q: molédinũ meũ non ita currit:nec ita
fluit sicut cósueuerat:vnde ne ponat vel
immittat:vel si posuit dicas ꝙ remo-
ueat ago contra ipsum: ꝛ adhoc propo
no vtile interdictũ ne quid fiat in flu.
pub.ꝛc̃.Qȯ ita recte concipiatur libell⁹
probatur iuribus pֿcalle.

Ⲥ De iterdicto de loco publico fruẽdo

Ⲥ Si aliqs conducit domũ vel pdiũ
vel arcam publicam a fisco vel repub.
alicui⁹ ciuitatis:ꝛ impediaẗ re condu-
cta frui:habet contra impedienté inter
dictũ de loco publico fruẽdo: vt.ff.e.l.
j. Unde sic forma libellũ.ago ego. S.
cõtra. R.q nó pmittit me vti ꝛ frui loco
publico cui⁹ cõfines sunt tales:quẽ lo-
cũ a tali massario ciuitatis Bonoñ.cõ-
duxi pro.x.libr.Bonoñ.singulis annis
soluẽdis. Uñ ne me prohibeat:ago cõ-
tra ipsum ꝛ ad hoc ꝑpono interdictum
de loco publico fruendo vel actioné in
factum subrogatam in locum illius.
Quod ita recte concipiatur libellus di-
cit.l.pֿcalle.

Ⲥ De interdicto de via publica
reficienda.

Ⲥ Si aliqs vult reficere viam publi-
cam:ꝛ ab aliquo impediẗ:hab; contra
impedienté interdictũ de via publica re
ficienda vt.ff.e.p to. Unde sic concipiẗ
libell⁹. Ago ego. S.contra. R.q me vo
lenté reficere vel purgare talé viam pu
blicam prohibet vnde vt cesset a tali in
iuria ago contra ipsum ꝛ potest addi:ꝛ
vt mihi soluat vel reddat quantũ mea
interest me prohibitum non esse:ꝛ hoc
quando per talem refectionem verteba
tur specialis vtilitas actoris ꝛ ad hoc
propono interdictum de via pub. refi.
vel actionem in factũ subrogatam ꝛc̃.
Quod ita recte concipiatur.lib.dicunt
iura pֿcalle.

Ⲥ De interdicto vt liceat ire age
re per viam publicam.

Ⲥ Si aliqs vult ire p viam publicam
vel vult aliquẽ ducere vel agere ꝛ impe
diẗ ab aliquo:h; ꝯtra cũ interdictũ vt
liceat ire:agere p viam pub. In quo sic
forma libellũ. Ago ego. S.cõtra. R.q
me volenté ire vel agere: vel ducere ta-
le qd p viam publicã ꝓhibuit vel ꝓhib;
vnde ne me ꝓhibeat ago ꝯtra ip̃; ꝛ ad
hoc ꝑpono interdictũ vt liceat ꝛc̃.vel a
ctioné in factũ subrogatam ꝛc̃.Qȯ ita
recte cõcipiaẗ libell⁹ probaẗ.ff.ne quid
fiat in loco pub.l.ij.§.vltimo.

Ⲥ De interdicto vt liceat ripã pu
blici fluminis reficere vel munire.

Ⲥ Si aliqs vult reficere vel munire ri
pa; publici fluminis:ꝛ ab aliq̃ ꝓhibeẗ
h; ꝯtra illũ interdictũ vt liceat ri.pub.
flu.refi. In quo sic forma libellũ. Ago
ego. S.cõtra. R.q ꝓhibuit ꝛ prohibet
me volété reficere vel munire ripam ta
lis fluminis sine aliq̃ impedimẽto naui
gij:cũ essem parat⁹ satisdare ꝛ cauere
noíe damni infecti vsq; ad.x.annos:ẜm
mandatũ p̃toris: vnde ne me ꝓhibeat
ago cõtra ipsum: ꝛ ad hoc ꝑpono in-
terdictũ vt liceat ripam pub.flum.refi.
vel mu.vel actionem in factũ subroga-
tam ꝛc̃.Quod ita recte concipiaẗ li.di-
cit.l.ff.de ripa mu.l.vnica.

Ⲥ De interdicto vt liceat in flu-
mine publico nauigare.

Ⲥ Si qs in flu.pub. vel stagno pub.
vel lacu pu.vel fossa pu. nauigare vel
piscari ꝓhibeaẗ:habet interdictum vt
in flu.pu.li.na. Et in eo sic forma libel

lū. Agō ego. S. ɔ̄. R. q me prohibuit ꝛ ꝓhibet nauigare vel piscari in flumine tali vel stagno: vel fossa: vel lacu: vnde ne me ꝓhibeat ago ɔ̄ cū. ꝛ ad hoc ꝓpono iterdictū vt li. in flu. pu. ꝛc̄. vel actionē i factū surrogatā ꝛc̄. Qd̄ ita recte cō cipiat̄ li. ꝓbat̄. ff. vt in flu. pu. l. vnica.

¶ De interdicto ne vis' fiat ei q in possessionem missus est.

¶ Si qs mittat̄ i possessionē a iudice vel in tenutā alicu⁹ rei cā rei seruande ꝛ tu ꝓhibeas eū esse i possessione vel tenuta: ɔpetit ei hoc iterdictū siue dn̄s siue alter ꝓhibuerit: vt. ff. e. l. j. Et in hoc iterdicto sic cōcipe libellū. Ago ego. S. ɔtra. R. q ꝓhibuit me ire vel esse in possessione taliū rez in q̄rū possessione iudex me mittēdū decreuit: vn̄ ne me ꝓhibeat ago ɔ̄ ip̄z ꝛ ad h̄ ꝓpono iterdictū ne vis. ei q in pos. mis. est. vel actionem in factū ꝛc̄. vel si vis petere tuū iteresse s. quanti tua interesset nō esse ꝓhibitū dicas: vn̄ q2 interest mea i. c. nē esse ꝓhibitum: iō istud interesse peto. Qd̄ ita in vtroq3 casu recte cōcipiat̄ lib. dicit. l. preallc. ¶ Si aūt nō vis predictam actionem ꝓponere dicas ita. Ego ego. S. ɔ̄ R. vt. s. vn̄ ꝙ in poss. rez illarum mittat manu militari: offm̄ iudicis ꝓpono ꝛ vestrū officiū domine iudex imploro Qd̄ ita recte concipiat̄ libell⁹: ꝓbatur ff. e. l. si qs missus. §. j. Et ibi dat cōsiliū Vlpianus ꝙ melius sit agere officio iudicis: q̄ꝫ proponere interdictum.

¶ Interdictum quoꝝ bonorum:

¶ Si aliqs vocat̄ ad successionē alicuius ex testamēto: vel ab itestato: ꝛ vult possessionē rez defuncti ab illis q possidēt aduocare: seu recuperare: h3 locū iterdictū quoz bonoz qd̄ resti. ē ꝛ ptinet ad vniuersitatē bonoz' ꝛ nō ad res singulas vel ad noia: q2 contra debitores hr̄di. nō dat̄: s3 ad bonoz corꝑaliū pos. vt. ff. e. l. j. ꝛ. ij. Vn̄ sic ɔcipe libellū. Ago ego. S. ɔ̄. R. q iniuste tenet vl possidet bona q fuerūt quōdā Titij: cui ex testamēto vl' ab itestato successi: vn̄ coz possessionem peto mihi tradi vel dari: ꝛ ad hoc ꝓpono iterdictū quoz bonorum vel actionē in factū ꝛc̄. Quod ita recte concipiat̄ libell⁹ probat̄. il. p̄allc. ꝛ institu. de interdic. §. adipiscende.

¶ De interdicto quoz legatorum.

¶ Si legatari⁹ sua auctoritate: occupat rē sibi legatā sine hr̄dū volūtate: hereditate iacēte: tenet̄ hr̄dirē illā restituere ꝛ id eqssimū visū ē p̄tori vnū quēq3 nō sibi ipsi⁹ dicere occupatis legatis: sed h̄ ab hr̄de petere. ff. e. l. j. Vn̄ in isto interdicto sic ɔcipias libellū. Ago ego. S. ɔ̄. R. q domū talē cui⁹ fines sunt tales: legatā sibi in testamento Titij: cui Titio ego ex testam̄to successi sua auctoritate iacēte hereditate occupauit: vn̄ predicte dom⁹ pos. mihi dari vel tradi peto: ꝛ ad hoc propono iterdictū quoz legatoz. vel actionē in factū subrogatā ꝛc̄. multi tn̄ sapiētes ponūt in li. cui⁹ dom⁹ possessionē vel q̄ꝫ domū peto mihi restitui: cū isto iterdictū dicat̄ restitutoriū: s3 h̄ cū calūnia procedit. Qd̄ autem libellus sit bene conceptus: probat̄ per. l. preallc.

¶ Interdictū de tabulis exhibendis.

¶ Si aliqs fecit tabulā. i. testamētū: ꝛ illa tabu. ab aliq̄ teneat̄: ꝛ tua itersit illud exhiberi: potes agere ɔ̄ illū interdicto de tabulis exhibēdis: in q̄ sic forma libel. ago ego. S. ɔ̄. R. q testamētū vel codicillos Titij i q̄ vel in qb⁹ mihi legatū fuit relictū nō exhib3: vn̄ ꝙ exhibeat ago ɔ̄ ip̄m. ꝛ ad hoc ꝓpono iterdictū d̄ tabulis exhibēdis: vl' actionē i factū sub rei locū ipsi⁹. Quidā sapiētes sic. Ego ego. S. ɔtra. R. q testamētū vel codicil

los in qbus sunt mihi.x.legata cuz pos set exhi. non exhibet : vndeq̄ interest mea in predictū meū interesse peto : ꝛ ad hoc propono: vt ꝛc. Quod ita recte concipiatur libellus: probatur.ff.eo.l.j. ꝛ.l.locū.§.solent:ꝛ.§.condemnatio.

Interdictum de liberis exhiben.

Si filiꝰ tuus q est in potestate tua: ab aliquo detineat̄ inuitꝰ poteris agere contra eū interdicto de liberis exhibendis hoc modo. Ago ego.S.contra R.q Titiū filiū meū in potestate mea constitutū inuitū detinet vnde peto illū mihi exhiberi: ꝛ ad hꝫ ꝑpono interdict. de libe.exhib.vel ac.in factū subro.i lo. ipsiꝰ.Qđ ita recte concipiat̄ libellꝰ ꝓbatur.ff.eo.l.j.in pn̄.ꝛ.§.in hoc iterdicto.

Interdictum de li.deducendis.

Si filiꝰ alicuiꝰ ab alio detentꝰ exhibeat̄ patri: poterit postea pater contra illū q̄ impedit eū deduci intentare interdictū de deducendis liberis sic. Ago ego.S.contra.R.q prohibet ꝛ impedit me volentem deducere filiū in mea potestate constitutū: vnde ne impediat vl' prohibeat ago contra ipsum : ꝛ ad hoc propono interdi.de libe.deduc.vel actionez in factū subrogatā ꝛc. Qđ recte concipiat̄ libellus: probat̄.ff.eo.l.deinde.§.j.ꝛ.§.hoc autem interdictum.

Interdictum de li.ho.exhi.

Si liber homo detineat̄ ab aliquo inuitꝰ: potest intentare contra detentatorem interdictū de libero homine exhibendo: qđ cuilibet de pp'lo competit: vt ff.eo.l.j.ꝛ.ij.ꝛ.l.ꝙ lex.§.hoc interdictū Et in hoc interdicto sic forma libellum Ago ego.S.contra.R.q Titiū liberuz hominem inuitū detinet: ꝛ sibi libertatem recedendi quo velit non prestat: vnde ꝙ illū Titiū exhibeat peto: ꝛ ad hoc propono interdictuz de libero homine exhibendo: vel actionem in factū surrogatam ꝛc. Qđ ita recte concipit̄ libellus probatur.ll.preallc.

De interdicto vnde vi.

Si possideas domū vel fundū vel aliquā rē immobilē: ꝛ aliqs te expellat a possessione illiꝰ rei: potes recuperare possessionē illiꝰ rei ꝑ interdictū vnde vi. ꝑ qđ fit restitutio possessionis cū omni cā dāni dati: vt.ff.co .l.j.§.j.in de interdicto sic concipe libellū. Vobis dn̄o.a. potestatis Bonon̄.conqueror ego.S.de tali q me expulit de possessiōe fundi talis: cuiꝰ fines sunt tales: quē fundū possidebam: vnde ꝙ restituat mihi possessionem fundi predicti: ꝛ oēm cām dāni dati ago contra ipm̄: ꝛ ad hoc propono interdictū vnde vi.vel actionem in factū subroga.ꝛc. Si aūt vis agere vt ille restituat ꝛ puniat̄ ꝑ constitutionē si qs in tantā dices retento pn̄.vt.s̄. vnde vt restituat mihi possessionē fundi p̄dicti ꝛ si est dn̄s: vel si hꝫ ius in re ꝙ cadat a dn̄io vel a iure qđ hꝫ: vel si non dn̄s: sine non hꝫ ius in re: vt estimationē ipsiꝰ fundi mihi soluat: ago contra ipm̄ ꝛ ad hoc propono constitutionē: si qs in tātā

Si aūt tu non fuisti expulsus: sed coloni tui dices. Ago contra talem q colonos meos q erāt in possessiōe talis fundi expulit violenter de ipso fundo: vnde ꝙ restituat ꝛc.vt in primo libello. Qđ ita recte concipiat̄ libellꝰ probat̄.ff.e.l. j.§.j.ꝛ.§.quotiens.ꝛ.§.siue aūt.§.rectissime.ꝛ.§.pe.ꝛ.l.cū fundū: ꝛ.l.colonꝰ.C. e.l.si qs in tantā. Si aūt rustici ꝯtra dicūt seruitia debita dn̄is exhibere: sic agūt dn̄i ꝯtra eos. Ago ꝯtra talē q me talibꝰ seruitijs: puta capone: vel spatula porci debitis mihi ꝛ antecessoribus meis ab ipso ꝛ antecessoribꝰ suis solutis per.xxx.annos: quam solutionē alle

go ad probanduz dicta seruitia debita
me quasi spoliauit: contradicēdo mihi
soluere seu reddere: vnde ꝙ restituat mi
bi q̄si possessionem illorū seruitiorum:
ago contra ipsuz ꝛ ad hoc propono vti
le interdictum vnde vi. vel actionem in
factū vtilem subrogatam ꝛc̄. vel vtilem
conditionem ex. l. si quis in tantam.

¶ De interdicto qȯ vi aut clam.

¶ Si aliquis contra tuam denuncia-
tionem aliquid faciat in tuo: ꝛ siue de-
nunciatio fiat per iactum lapilli: siue a
lio modo: videtur vim facere. Item si
qs te celante: quem suspicat̄ sibi contro
uersiam moturum vel suspicari debuit
aliquid ī tuo solo facit: videtur clam fa
cere: vnde competit tibi interdictum qȯ
vi aut clam. vt. ff. eod. l. j. §. quod si vi. ꝛ
l. viz facit: ꝛ. l. prohibere. §. clam. ꝛ. l. ser
uitus: vnde in hoc interdicto sic cōcipe
libelluz. Ago ego. S. contra. R. qui me
inuito: ꝛ contra meam prohibitionem
ꝛ denunciationem in tali loco cuius fi-
nes sunt tales: quem locū dico ad me ꝑ
tinere iure dominij vel quasi vel ratio-
ne vsufructus: vel alteri⁹ interesse opus
fecit: vel fieri facit post meam denuncia
tionem ꝛ prohibitionem: vnde vt illud
op⁹ remoueat ꝛ ī pristinū patiat̄ statuz
restitui suis expensis: ago contra ipsuz
ꝛ ad hoc propono interdictū qȯ vi aut
clam. vel actionem in factū subrogataz
ꝛc̄. Qȯ ita recte concipiat̄: dicit. l. ff. co.
tit. l. j. l. semper: ꝛ. l. competit. §. vltimo.

¶ Si autē fecit opus te ignorante ꝛ ce
lante: ita concipies libellū. Ago contra
R. q op⁹ fecit in loco tali: me ignorante
ꝛ celante: ꝛ suspicante seu suspicare de
bente: me sibi controuersiam moturum
quem locū dico ad me pertinere iure do
minij vel quasi vel ab alio iure: vnde vt
predictum opus patiatur destrui: suis
expensis ꝛc̄. vt in superiori libello.

¶ De interdicto vti possidetis.

¶ Si qs turbat te in possessione tua: ꝛ
non permittit te pacifice possidere ha-
bes contra ipsum interdictū vti posside
tis: ꝑ qȯ possessione habitaz retines: ꝛ
ꝑꝑea dr̄ retinēdo possessionē: vt inst. de
interdictis. §. retinendo: ꝛ in hoc interdi
cto sic concipe li. Ago ego. S. ꝯ. R. qui
me in tali domo vel fundo: cuius fines
sunt tales: quem possideo inquietat ꝛ ꝑ
turbat: nȯ permittendo me pacifice pos
sidere: vnde ne vim turbatiuam: vel in
quietatiuā mihi inferat: aut aliquo mo
do inquietet possessionem meam pro-
hiberi peto: ꝛ ad hoc propono ꝛc̄. Qȯ
ita recte concipiat̄ libellus: dicit. l. ff. co.
l. vnica: ꝛ insti. de interdicto. §. retinē.
Et no. ꝙ simili modo facere posses li.
si aliqui colonos tuos inquilinos aut scri
pticios in possessionez tui soli: non per
mittendo eos laborare ꝛ consueta tibi p̄
start seruitia inquietaret. Er latius no-
tatur in arte distin. xij.

¶ De interdicto vtrobi.

¶ Si aliquis turbat seu inquietat te ī
possessione rei mobilis: habes contra
turbantem interdictum vtrobi. in quo
sic forma libellum. Ago contra. R. qui
me talē rez mobilem: cui⁹ talia sunt si-
gna: non permittit pacifice possidere:
turbando mihi possessionem illius rei:
vnde ne me turbet: sed permittat paci-
fice possidere: Ago contra ipsum: ꝛ
ad hoc propono interdictum vtrobi.
vel actionem in factuz ꝛc̄. Quod ita re-
cte concipiatur libellus: ꝛ probatur. ff.
c. l. vnica: ꝛ institu. de inter. §. retinēde.

¶ Interdictum de superficiebus.

¶ Si imposuisti superficiem. in solo a
lieno. ꝛ alius turbat te in superficie illa
succurritur tibi superficiario per inter-

dictũ de supficieb⁹: vt.ff.eo.l.j.ꝛ.ff. vti possi.l.si duo.§.labeo: ꝛ seqnti.in quo sic forma libellũ. Ago contra. R.q me superficiem positam in tali solo cui⁹ tales sunt confines: qd solũ ad superficiẽ imponendam: a Sempronio dño ipsi⁹ soli conduxi: pacifice possidere non permittit: immo me in possessione ipsius superficiei turbat ꝛ inquietat: vnde ne me turbet ago contra ipsum: ad hoc ꝓpono interdictũ de superficie: vel actionem in factũ subrogataꝫ ꝛc̃. posset etiã proponi interdictum vti possidetis probatur per. ll. pallegatas.

¶ Interdictum de itinere actuqꝫ priuato.

¶ Hoc interdictũ prohibitorium est: pertinens ad tuendas rusticas tantummodo seruitutes: vnde si aliqs vadit ꝑ fundũ alicui⁹ priuati siue iure seruitutis siue non: dũ tamen hoc anno sit vsus itinere vel actu: non vi. non clam. vel precario. ꝛ venit ali⁹: ꝛ prohibet ipsum volentẽ ire agere: ideo competit sibi interdictũ de itinere actuqꝫ priuato: vt.ff.e.l.j. ꝛ in eo sic forma libellũ. Ago ego. S. contra. R.q me volentem vti: ꝛ vtenteꝫ via: itinere: vel actu per talem fundum cuius tales sunt confines prohibet: qua via itinere: vel actu vsus sum hoc anno non vi: non clam: non ꝑcario: vnde ne me prohibeat. ago contra ipsum: ꝛ ad hoc propono ꝛc̃. Qd ita recte concipiat libellus probatur. ll. pallega.

¶ Interdictum de itinere actuqꝫ priuato reficiendo.

¶ Si tu habes seruitutem vie: itineris vel actus: ꝛ vis reficere locum illũ: vnde tibi debet illa seruitus ꝛ ab aliquo ꝓhibearis: competit tibi contra illũ hoc interdictũ: vt.ff.eo.l.vnde.§.ait pretor. in quo sic forma libellũ. Ago cõtra. R. qui me volentem reficere viam. iter nue actum: quam vel quem habeo per fundũ talem: cuius fines sunt tales: de iure mihi constitutam ꝛ debitam impedit ꝛ prohibet reficere: vnde ne me impediat: ago contra ipsum: ꝛ ad hoc propono interdictum de itinere actuqꝫ priuato reficiendo: vel actionem in factuꝫ subrogatam ꝛc̃. Quod ita recte concipiatur libellus: dicit. l. pallegata.

¶ Interdictum de aqua quotidiana.

¶ Si habes ius aque quottidiane: ducendo ad predia tua ꝛ ab aliquo prohibearis aquam illam ducere: habes contra illũ interdictũ de aqua quotidiana qd est prohibitoriũ: ꝛ interdũ restitutorium est Aqua autem quotidiana non dr̃ ea q̃ quotidie ducit̃: sed ea que quotidie duci potest: si velit: vt.ff.eo.circa principiũ vnde in hoc interdicto sic concipe libellũ. Ago contra. R. qui me prohibꝫ ducere aquam per fundum talem cui⁹ fines sunt tales: quaꝫ aquam duxi hoc anno: nõ vi non clam: non precario: vnde ne me impediat seu prohibeat: ago contra ipsum: ꝛ ad hoc propono actionem in factuꝫ ꝛc̃. Quod recte concipiatur libellus probatur. l. pallega.

¶ Interdictũ de aqua estiua.

¶ Si habes ius ducendi aquam estiuam ad locũ tuũ: quam in priori estate duxisti a me: ꝛ ab aliquo ipediaris: ne eam ducas: habes contra eũ interdictũ de aq̃ estiua: ea q̃ sola estate expedit vti vt.ff.e.l.j.circa.prin.i hac actiõe sic forma libellũ. Ago ego. S. ꝯ. R.q me ꝓhibet vel impedit ducere aquam estiuam ꝛ fundũ meũ: ꝛ ad irrigandas teneras cucumellas vel citreolas vel alia vti aquam illam duxi priori estate vnde ne me impediat vel prohibeat: ago contra eũ: ꝛ ad hoc propono interdictum de a-

qua estiuā: vel actionem in factū subro garam ⁊c. Quod ita recte concipiatur libell⁹ pbat.ff.c.l.j.§.deinde ait ptor.

¶ Interdictum de aqua ex castello.ducenda.

¶ Si aquam per castellum idest per receptaculum quo aquam publicam recipit: ducis ad locū tuū: ⁊ impediris illam aquam ducere habes interdictum de aq̄ ex cast.du.vt.ff.de aq̄ quotidi. ⁊ esti.l.j.§.ait pretor quo ex castello i quo sic forma libellum. Ago ego. S.contra. R.q iniuste prohibet me seu impedit aquam ducere ex castello idest ex illo tali receptaculo: qd recipit aquam puplicam: ex quo loco ius est mihi siue competit aquam ducere: vnde ne me prohibeat: ago contra ipsum ⁊ ad hoc propono interdictum de aqua ex castel.duce. acti.in factū ⁊c. Qd ita recte concipiat libellus dicunt iura prealle.

¶ Interdictum de riuis.

¶ Si qs habet riuū per quem aquam ducit: ⁊ ab aliquo impediat aquam per illū ducere: vel prohibeat ne ducat: vel vult reficere riuū illū vel purgare ⁊ ab aliquo prohibetur. Vel si aliquis habeat spec⁹ vel septa i flumie: vel habeat fossam vel puteū: ⁊ vult ducere aquam vel reficere vel purgare ⁊ ab aliquo p hibeat habet interdictū de riuis: vt. ff. codez.l.j.in princi.in hoc aūt interdicto sic forma libellum. Ago ego. S.contra R.qui me prohibet ⁊ impedit ducere aquam per riuū vel septa vel specuz: vel ducere aquam de puteo sicut priori estate: vel hoc anno duxi vel reficere: vnde ne ipediat vel me prohibeat: ago cōtra ipsum ⁊ ad hoc propono ⁊c. Quod ita recte concipia.libel.dicit.l.preallega.

¶ Interdic.de fonte reficiendo.

¶ Si aliqs habet vsum hauriende aque de fonte vel puteo vel piscina: vel lacu: ⁊ ab alio impedit competit ei contra ipsum impedientem hoc interdictū de fonte. Aliquādo q vult reficere fontem: vel puteū: ⁊ ab alio impedit vel p hibet reficere vel purgare: ⁊ tūc habet interdictū de fonte reficiendo: vt.ff.eo. l.j.in princi.⁊.§.deinde ait pretor: i quo sic forma libellū. Ago ego. S.contra. R. qui prohibet me vel impedit vti aq̄ de fonte: lacu: puteo: vel piscina tali: cuius fines sunt tales: qua aqua vsus suz hoc anno: non vi: non clam: non precario vnde ne me impediat vel prohibeat vti aqua illa sicut hoc anno vsus fui: ago contra ipsum: ⁊ propono interdictū de fonte vel actionem in factū surrogatam ⁊c. ¶ Sed pro reficiendo sic concipe libellū. Ago contra te: qui me prohibes vel vel impedis purgare fontem: vel reficere piscinam: vel lacū vel puteum: cuius fines sunt tales: vnde ne me impedias purgare predicta: sicut ius est mihi purgādi: ⁊ vsus suz hoc anno: nō vi: non clam: non precario: ago contra ipsum ⁊ ad hoc propono interdictuz de fonte reficiendo: vel actionem in factū surrogatam ⁊c. Quod ita recte concipiatur libellus: dicunt iura predicta.

¶ Interdictum de Cloacis.

¶ Si vis cloacā tuā purgare: ⁊ ab alio ipediris. itē si vis cloacā de nouo facere: ⁊ ab aliq̄ prohibearis: vel si aliqs imisit cloacā in tuo habes contra cū interdictū de cloacis in quo sic forma libellū. Ago ɔtra. R.q prohibet me purgare vel reficere cloacam meam: q̄ est i loco tali iter me ⁊ ipm. vnde ne me prohibeat vel impediat: ago ɔtra ipsum: ⁊ ad hoc propono interdictū de cloacis: vel actionē i factū ⁊c. Vel sic ago ɔtra R.q inter cloacā q̄ est inter me ⁊ ipm i

loco tali immittit talia per que vsus me
us in cloaca illa impedit: vnde ꝙ illud
remoueat: ago contra ipsum: ⁊ ad hoc
propono vt.s. Quod ita recte concipia
tur libellus: dicit.l.ff.co.l.j.

¶ Interdictum de precario.

¶ Si rem tuam concessisti alicui pre-
cario: ⁊ ille non vult eam restituere: po
tes eam recuperare per interdictum de
precario: vt.ff.cod.l.j. in quo sic forma
libellum. Ago ego. S. contra. R. cui ta
lez rem concessi precario: ⁊ ea mihi red
dere cōtradicit: vnde ad hoc vt mihi re
stituat: ego contra ipsum ⁊ propono in
terdictum de precario: vel actionem in
factum surrogatam in locū illius inter-
dicti. Quod ita recte concipiatur libel-
lus probatur.ff.co.l.j.⁊.ij.

¶ Interdictū de arboribus cedendis

¶ Si arbor vicini tui impendet supra
domū tuā: vel agrū: vel si arbor illa su-
perexcrescat ⁊ damnum inferat funda-
mentis tue domꝰ habes contra domi-
nū arboris interdictum de arboribus ce
dendis: per qd̄ consulit̄ ei q habet arbo
rem ꝙ eam succidat: alioquin tu in cu-
ius domū vel agrū impendet: succidere
poteris: vt.ff.cod.l.j. in hoc autez inter
dicto sic forma libellū. Ago ego. S. cō-
tra. R. q arborem positam in domo sua
vel area: ⁊ impendentem super domuz
meam: non vult succidere: nec etiam pa
tit̄ ꝙ ego succidam vnde ꝙ me succide
re vel incidere patiat̄ ago contra ipsum
⁊ ad hoc propono interdictū de arbori
bus cedendis vel actionem in factū sur
rogatam. Si autem impediat in agro
dices ita Ago contra. R. cuiꝰ arbor po
sita in predio suo: impendet super pre-
diū meū: quam arborem ipse a terra vs
qꝫ ad.xv.pedes deglabare non vult: vn
de ne me probibeat deglabare volen-
tem vsqꝫ ad predictū legitimū modum
ago contra ipsum: ⁊ ad hoc propono in
terdictū de arboribꝰ cedendis: ex.ij.ca-
pite vel actionem in factū ⁊c̄. probatur
in.l.precalle.§.deinde ait pretor.

¶ Interdictum de glande legenda.

¶ Si fructꝰ arborū tuarū cadant in
fundū vicini tui: ⁊ vis illos fructꝰ colli-
gere: sed vicinus tuꝰ te probibet habes
contra illū interdictū de glande legen-
da: in quo sic forma libellum. Ago ego.
S. contra. R. q fructꝰ q ceciderūt ex ar
bore mea in agrū suū non patit̄ me col-
ligere: vnde ne me probibeat volentem
colligere ago contra ipsum: ad hoc pro-
pono interdictum de glande legenda:
vel actionem in factū surrogataz in lo
cū ipsius interdicti. Qd̄ ita recte conci-
piatur libellus dicit.l.ff co.l. vnica.

¶ Interdictum de migrando.

¶ Si ab aliquo domū conduxisti: ⁊
modo res tuas vis inde extrahere: ⁊ do
minus te probibet: ⁊ habes contra eum
interdictū de migrando: ⁊ in eo sic for-
ma libellū. Ago ego. S. contra. R. qui
talem domum mibi locauit: cuiꝰ fines
sunt tales: pro decem solidis: vel etiam
gratuite concessit: in quam domuz res
tales intuli: quas me extrahere non ꝑ-
mittit: neqꝫ me libere exbire cum rebus
meis permittit: vnde ne me impediat a
go contra ipsum: ⁊ adhoc propono in-
terdictū de migrando: vel actionem in
factum surrogatam ⁊c̄. Quod ita recte
concipiat̄ libellꝰ probat̄.ff.cod. l.j.§.j.⁊
§.hoc interdictū: ⁊.§.si pensio.

¶ De interdicto saluiano.

¶ Si colonꝰ tuꝰ intulit res i fundo: vel
inquilinus in domo: ⁊ res ille a colono
vel inqlino: vel ab alio possidentur: po-
tes possessionem illarū rerū auocare ꝑ
interdictū saluianū hoc modo. ago ego

S. ꝯtra. R. q res tales mihi obligatas a colono meo tali: ꝓpensione fundi ta lis quem sibi locaui pro decem tenet seu possidet vnde ꝙ mihi possessionem re rũ predictarũ tradat: ago contra ipsũ ⁊ ad hoc propono interdictum vtile sal uianũ: vel actionem in factũ surrogatã loco ipsi⁹ interdicti. Probat̃. ff. eo. l. j. ⁊ C. e. l. j. ¶ Si autẽ vis agere ꝯtra ipsum colonũ vel ei⁹ heredes dicas. Ago con tra. R. colonũ meũ vel heredem: cui lo caui prediũ tale pro decem nomine pen sionis mihi soluendis: pro qua pensiõe res sue tales fuerunt mihi obligate: vn de vt res illas mihi tradat: ago ꝯ ipm ⁊ ad hoc ꝓpono iterdictũ saluianũ di rectũ: vel acti. in fac. ⁊c̃. vt p iura preal.

¶ Interdictũ de no. operis nũciatiõe.

¶ Si alicui volenti edificare in solo tuo tu dnũciasti ne edificaret ⁊ ille post denunciationem edificauit: habes con tra eum interdic. de noui oper. nũcia. p qd̃ compellit̃ edificium destruere: suis expensis etiam si iuste edificauerit: vt ff. eod. l. j. in prin. ⁊ l. pretor ait. in prin. Et in hoc interdic. sic forma libellũ. A go ego. S. contra. R. q postq̃ nũciaui nouũ op⁹ in edificio tali per iactũ lapil li ipse edificauit: vnde ad hoc propono interdic. de noui oper. nunci. vel actio. in factum ⁊c̃. Quod recte concipiatur libel. dicunt. ll. preallegate.

¶ De interdicto vt liceat edificare ei cui nunciatum est si satisdederit.

¶ Si tibi nũciatum est nouũ op⁹ ⁊ tu satisdedisti: vel parat⁹ es satisdare: vel nũcianti si presens est: vel vrbicarie pre fecture vel prouinciali si nuncians sit ab sens de opere moliendo tuis expensis si apparuerit te iniuste edificasse: ⁊ ille adhuc non cessat te impedire: habes cõ tra eũ interdictũ hoc qd̃ est prohibito riũ: ne vis fiat ei q satisdedit de opere destruendo si vult edificare: vt. ff. de no ui operis nũciatio. l. pretor ait. §. deide ait pretor. ⁊. §. hoc interdictũ. Et in hoc interdicto sic forma libellũ. Ago ego S. contra. R. q cũ denũciasset mihi no uũ op⁹: ⁊ sibi satisdederim de opere de moliendo: si appareret me iniuste edi ficasse vel parat⁹ essem satisdare: ⁊ nũc velim edificare: ipse me prohibere ⁊ im pedire quo minus edificem non cessat: vnde ne me impediat ago contra ipsũ ⁊ ad hoc propono interdic. de no. ope. nũci. quo cauet̃: vt satisdatione prestita ab eo cui nũciat̃ nouũ op⁹ non impedia tur: quomin⁹ edificet: vel actionem in factum subrogatum ⁊c̃. Quod recte cõ cipiatur libellus: dicunt. ll. preallega.

¶ De interdicto fraudatorio.

¶ Contingit ꝙ aliquando debitor a lienat in fraudem creditoris: ꝑ qd̃ cõ petit creditori interdictũ fraudatorium vt. ff. de solu. l. pupilli debitor. in princi. Item competit creditori caluisiana ⁊ pauliana seu fauiana: de qb⁹ plene dixi mus. s. in suis rubricis: vnde que dicta sunt in illis: intelligantur in hoc interdi cto tacite repetita.

¶ Explicit tractatus de interdictis.

¶ Incipit tertia pars hui⁹ sum me ⁊ prohemium in tractatum de edictis.



Voniaz in superiori par ticula huius o pusculi aliquan tulũ circa inter dictorũ intelle ctus describen dos versatũ est:

consequens erit vt de edictis: que ⁊ pretoria sunt sicut ⁊ interdicta: studosiꝰ discramꝰ: vnde qꝛ edictū ab illo corrupto contemptam pretoris vindicat maiestatem: ideo de eo primitꝰ videamꝰ. Que autē differentia sit inter edictū ⁊ interdictū: in arte. xij. dist. notat̄ diligenter.

¶ Edictum de albo corrupto.

¶ Si quis corruperit seu deleuerit vel cassauerit albū pretoris loco cuius hodie sunt quaterni communis punitur in quadraginta aureis per edictum de albo corrupto: vt. ff. de iurisditione omnium iudicū. l. si qui id: ⁊ institu. de actione. §. penales: in hoc autē edicto: sic concipe libellū. Ago contra talem: qui quaternos cōmunis: siue libellos ⁊ alia in quaternis communis posita corrupit vel abradendo vel mutando vel intercedendo: alias interlineādo vnde ipsum peto puniri in. l. aureis: ⁊ ad hoc propono vtilem actionem in factum subrogatam in locum edicti: de albo corrupto: vel ipsum edictum vtile. Quod ita recte concipitur libellus: dicunt iura preallegata.

¶ Edictum. Si quis ius dicēti non obtemperauerit.

¶ Si qs iudicij non obtemperauerit vel in principio vel in medio vel in fine iudex potest eū mulctare ex illo edicto: in quo sic forma libellū. Ago ego. S. cōtra. R. q vocatꝰ a tali iudice communitatis Bononien. ꝙ veniret coram eo ad meam petitionem: ⁊ ꝙ mihi responderet: venire contempsit: vnde qꝛ non venit: interest mea intantū ideo illud interesse peto: ⁊ ad hoc propono edictū: si qs ius dicenti non obtemperauerit.

¶ Si aūt vis ꝙ iudex eū puniat idest mulctet pena pecuniaria: concipias ita libellū. Ago ego. S. contra. R. q mandatū sibi a vobis factum non adimpleuit: ⁊ sic vobis non obtemperauerit: vnde vt ipsum puniatis: ago: ⁊ ad hoc propono actionem in factū ex edicto si qs ius dicenti ⁊c. Qd ita recte concipiat̄ libellus probatur. ff. eod. l. vnica.

¶ Edictū. Si qs temere vocauerit aliquē in ius: quem vocare non licet.

¶ Si aliqs temere vocauerit aliquem in iudicio: quem vocare non lꝫ: puta patronū vel parentem: sine venia punit̄ in l. aureis per hoc edictū: vt. ff. de in ius vo. l. pe. ⁊ fi. in quo sic forma libellū. Ago ego. S. contra. R. q me patrem suū seu patronū vocauit in ius sine venia: sibi concessa a pretore siue a potestate: ⁊ in dicta vocatione fuit litē contestatus vnde ipsū in. l. aureis condemnari seu puniri peto: ⁊ ad hoc propono actionē in factum ex edicto: de in ius vocando. Qd ita recte concipiat̄ libellus dicunt ll. preallega. ⁊ insti. de actio. §. penales.

¶ Edictū. Si quis in ius vocatus non ierit.

¶ Si qs vocatus fuerit a iudice: ⁊ ipse non vadit ad eū: potest iudex eū punire ꝫm iurisditionem suam: ex hoc edicto: si qs in ius vocatꝰ non ierit: vt. ff. e. l. j. ⁊. ij. hoc edicto sic concipias libellū. Ago ego. S. contra. R. q vocatꝰ a iudice tali non venit coram eo cū esset iurisditiōs ꝙuis suppositꝰ: vnde peto ipsū condemnari ꝫm volūtatem vr̄aꝫ ad hoc propono actionem in factū ex edicto: si quis in ius vo. ⁊c. Quod ita recte concipiat̄ libellus: dicunt. ll. predicte.

¶ Edictū de eo q non accepit aliquem fideiussorem pro eo principali

¶ Si aliqs noluerit recipere fideiussorem pro illo q debebat satisdare iudicio sisti idest dare fideiussorem ꝙ stabit iudicio: ⁊ actor fideiussorem illū recusat

z aliũ petit: ideo proditũ est edictũ per qḋ pena imponit̃ ei.l.aureorũ: vt. ff. de in ius vo. vt eant.l.ij.hoc edicto sic forma libellum. Ago ego. S. contra. R. qꝛ me fideiussorem iudicio sistendi cā paratũ dare locupleté z fide dignũ z habilem ad conueniendũ: fine cā recipere recusauit: cum de iure recusare non debuit: vnde ipsum condemnari peto in.l. aureis: z ad hoc propono actionem in factũ: ex edicto in ius vocandi vt eant vel Mḋ ita recte conc. lib. dicit.l. pālle.

Edictũ. Ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat.

Si aliqs vis eximit aliquem vocatũ ad iudiciũ: punit̃ in quantũ actor in litem iurauerit ex hoc edicto in quo sic forma libellũ. Ago ego. S. contra. R. q titiũ a me vocatũ in iudiciũ: vi seu dolo malo exemit: vnde quantũ in litem iurauero in tantũ ipsum peto condemnari: vel aliter: vnde meũ singulare iteresse peto: qḋ estimo centũ solid. z ad hoc propono actionem in factũ: ex illo edicto: ne qs eũ zc̃. Mḋ ita recte concipiat̃ libell⁹ dicit .l. ff. eodem.l.j.ij.z.iij.z pe.

Edictũ de eo per quem factum est quo min⁹ quis in iudicio sistat.

Si aliqs dolo malo vocatũ ad iudiciũ extimat: ne ad iudiciũ veniat tenetũr actione in factũ ex illo edicto: i hoc aũt edicto sic concipe libellũ. Ago contra. R. q impediuit dolo malo Titiũ q̃ minus in iudiciũ veniret: z mihi in iure meo respõderet: vnde qꝛ mea interest i xx. id factũ non esse ipsum. R. in predictis. xx. condẽnari peto: z ad hoc propono actionem in factũ ex edicto de eo ꝑ quem factũ est zc̃. Mḋ ita debeat concipi libellus probat̃. ff. eod.l.j. in princ.

De actione in factũ ex edi. de edẽ.

Si aliqs hꝫ instrumẽta tua propria vel communia vel ratiões: z eas tibi nõ exhibuit: poteris ea petere tibi edi ꝑ officiũ iudicis: vt. ff. de edendo vbi primo Rñ. illo non edente: succedit actio ista i factũ ex hoc edicto: in quo sic forma libel. Ago ego. S. cõtra. R. q rationes mihi vel instrumenta mea propria vel communia cũ ab eo petij non exhibuit vel edidit z maliciose: qꝛ min⁹ plene: vñ qꝛ ꝑ illas rationes vel instrumenta nõ edita vl' maliciose edita suꝫ dãnificat⁹: i. xx. ideo illa. xx. peto: vel si nõ vult facere certũ dicat peto meũ iteresse: z ad hoc propono actionem in factũ ex edicto de edendo. ꝙ ita recte cõcipiat̃ lib. ꝓbat̃. ff. e.l. vbi. §. fi. z.l. argẽtari⁹. §. vl.

De actione in factum ex edicto de calumniatoribus.

Si aliqs dat pecuniaꝫ alicui vt moueat contra te negociũ vel cãm per calũniam: vt calũniose vocet te coram iudice: vel dum aliqs vellet te vocare calumniose coram iudice: dedi sibi pecuniam ne te vocaret: in vtroqꝫ casu dat̃ actio in factũ ex edicto de calumniatoribus in q̃druplũ infra annũ: post annũ in simplũ in hoc auteꝫ interdicto sic forma libellũ. Ago ego. S. contra. R. q. xx. recepit a. H. vt mihi q̃stionem talem calũniose moueret: vnde illos. xx. mihi solui in q̃druplũ peto: z ad hoc ꝓpono actioneꝫ in factũ q̃ orit̃ ex edicto de calũniatorib⁹. qḋ ita recte concipiat̃ libellus dicit.l. ff. eo.l.j. z.iij. Si autem accepisti pecuniam: ne mihi calũniam faceres sic forma lib. ago ego. S. cõtra R. qꝛ recepit a gaio. xx. soli. ne mihi calũniosam q̃stioné moueret: vnde istos xx. sol. in q̃druplũ mihi solui peto: z ad hoc propono actionem vt. s. z probat̃ ff. eodem.l. si qs ab aliquo. Et nota ꝙ ista meli⁹ notantur in arte. iiij. distin.

¶ De actione in factum subrogata in locuz actionis de dolo post bienniū.

¶ Quia actio de dolo infra bienniuz competit ⁊ non ultra. ut .C .de dolo.l. ultim. ideo post biennium contra ipsuz dolosum in eo quo locupletior est factꝰ actio in factum inducta est in locum actionis de dolo que perpetuo competit. ut.ff.de dolo.l.itaqz. in qua sic forma libellum. ut dixi.s.in actione.de dolo.

¶ De actione in factuz subrogata in locū actionis de dolo contra parentes ⁊ coniunctas personas.

¶ Est ⁊ alia actio in factum subrogata in locum actionis de dolo que datur liberis ⁊ libertis deceptis a patre ⁊ patrono contra ipsosꝰ: ⁊ quibusdam alijs personis humilibus: contra eos qui in dignitate excellunt plebeio consularem ⁊c. ut.ff.eodem.l.nō debet unde in hac actione sic forma libellū. Uobis domino potesta. Bononiensis conqueror ego de. M. patre meo: q cū sim emancipatus: suis suasionibus tota die mihi suadendo induxit me ut venderem sibi digestū meū alias non venditurus: vel dum proposuissem vendere: suo dicto vendidi sibi.x. minus ꝙ valeret: unde ꝙ mihi digestū meum restituat: vel illa mihi decem mihi soluat: ago contra ipsum: ⁊ ad hoc propono actionem in factum que contra tales intentatur. Et ꝙ ita recte concipiatur libellus dicit lex preallega.

¶ De actione in factum ex edicto de alienatione iudi.mu.causa facta.

¶ Si contra aliquem volebas intentare actionem rei ven. vel aliam actionem realem vel aliquam personalem: qui sit in rem scripta: ut quod metus causa. ut.ff.quod metꝰ causa.l. meū. §. cū autem. ⁊ interdicta omnia: ut.ff. de interdic.l.j.§.interdic. ⁊ ille q rem illaz possidebat causa futuri istiꝰ iudicij mutandi alienauit in alium forte potentiorem: mutandi dico quantum ad se ⁊ ꝙ ab alio suscipiatᷣ cui alienauit: nam rez vult trahere: sed litem ad alium transfert ut molestū aduersariū pro se subijciat: habes contra illū alienantem actionem in factū a pretore per quam tuū interesse consequeris reseruata tibi rei vendicatione: vel alia reali contra possessorem cū possessio subijciat aduersarium actioni in rem. ut.ff.eodem.l.j.§.j.⁊.l.item in fi.⁊.C. eo.titulo.l.unica: unde sic forma libel. Ago ego.S.contra R.q causa mutandi a se iudicij: talem rem: cuius nomine volebam agere contra ipsum alienauit ⁊ dedit Titio: cum res illa sit ad eū reuersura: q Titius est potentior: ꝙ aduersarius meus. R. vel est alterius prouincie: vel homo maliciosus: unde qr propter talem alienationem interest mea in.xx. peto ideo illud interesse meū: ⁊ ad hoc propono actio. in fac. q descendit ex edicto pretoris: de aliena.iu.mutan.cau.fac. Quod recte concipiatᷣ lib. dicunt iura preallegata.

¶ De actione in factum ex edicto nau.cau.statu.

¶ Si aliqs intrat nauim cum rebus suis: vel cauponam vel stabulū ⁊ de rebus suis amittat: pretor duabꝰ actionibus sibi succurrit: quarū una est in simplū contra nau.cau.stabu. ⁊ est ex contractu vel quasi. Alia est in duplū: ⁊ est ex quasi maleficio: ⁊ utraqz competit contra predictas personas: ut.ff.eo.l.j.in princi.⁊.l.ulti.§.hec actio. ¶ In prima sic forma libellum. Ago ego. S. contra. R. nautam: cauponem: vel sta-

bularium: in cuius naue: domo: vel sta
bulo res tales amisi: vnde q² res illas
non vult restituere peto interesse meū
qđ estimo viginti ⁊ ad hoc propono ac
tionem in factū ex edicto nau. cau. sta-
bul. vt re. resti. Qđ ita recte concipiat̃
libel. dicit. l. ff. eodem. l. j. in princi. ⁊ l. ⁊
ita. §. hec actio. ¶ In secunda actione
q̄ dat̃ in duplū: teneas ea q̄ dixi in rubri
ca furti aduersus nau. cau. stabu.

¶ De actione in factum ex
edicto de his qui deiecerunt vel
effuderunt

¶ Si aliquis deijciat vel effundat ex
domo: ⁊ sic illud quod deijcitur cadat
super aliquem transeūtem: ⁊ vestimen
ta sua vel alie res per hec deteriorate
sunt ille q damnū passus ē habet actio
nē in fac. ex illo edicto: de his q deiece.
vel effu. contra eū ex cuius domo deie-
ctū est. Si autem ex illa deiectione liber
homo pereat: dabit̃ predicta actio con-
tra deijcientem: ⁊ erit condemnandus
in. l. aureis vt probat̃. ff. eodem. l. j. § . j.
⁊. ff. de actio. ⁊ obligat. l. ex male. §. his
quoq̄. In hoc edicto sic forma libellum
Ago ego. S. contra. R. ex cuius domū
in qua ipse habitat: tale qd deiectū vel
effusum est: propter quod vestimenta
mea ⁊ mee res deteriorate sunt in vigi
ti vnde illa. xx. mihi prestari peto in du
plū: ⁊ ad hoc propono actionem in fa-
ctū ex edicto vt. s. Quando autem liber
homo fuit peremptus: ita libellus conci-
piat̃. Conqueror de. S. ex cuius domo
quam ipse inhabitat: tale qd fuit deie-
ctum vel effusum: propter quod pater
meus mortuus fuit: vnde ab eo quinq̄-
ginta aureos mihi prestari peto: ⁊ ad
hoc propono actionem in factū ex edi-
cto ⁊c̄. Si autem ex illa deiectione vel
effusione: corp⁹ liberi hominis lesum sit
concipe sic libellum. Ago contra talem
ex cuius domo quam ipse inhabitat: ta
le quid est effusum vel deiectū: vnde cor
pus meū lesum: ē ꝓpter quam lesionē
tot expensas feci: tantū dedi medicis:
tot operis carui ⁊ cariturus sum quas
operas estimo viginti vnde ꝙ omnia p̄
dicta mihi prestet: ago contra ipsum: ⁊
ad hoc propono ⁊c̄. Qđ recte concipia
tur libellus dicunt leges prealleg.

¶ De vtili actione pro socio: vel
vtili in factū ex edicto de his
qui deiecerunt vel effu.

¶ Si plures socij in eodem cenaculo
habitant: ⁊ vnus forte deiecit vel effudit
vnde damnū datū est: ⁊ oportuit conuē-
tos alios soluere: iura soluentibus suc-
currunt: ꝙ vtili pro socio actione pos-
sunt ab illo repetere: vel actione in factū
ex edicto: de his qui ⁊c̄. recuperat quod
soluerūt: vnde sic concipe libellū. Con-
queror de. M. discipulo vl' hospite meo
q de domo quam inhabito: tale qd pro
iecit quod damnum dedit Titio in ve-
stimentis eius vel mercibus in viginti:
vnde propterea sum condemnatus in
duplū illi Titio: qđ duplū mihi ab hos
pite meo vel discipulo p̄stari peto: ⁊ ad
hoc propono actionem in factū ⁊c̄. Qđ
ita recte concipiat̃ libellus probatur. ff.
eo. l. si vero. §. cum autem.

¶ De actione in factū con
tra eum qui aliquid habet
appensum ⁊c̄.

¶ Si aliquid habeat aliquid ita im-
positum in pariete: in subgrūda seu do
mo: cenaculo vel aliquo edificio: qđ si
caderet posset nocere: dat̃ cōtra eū hec
actio in. x. aureis: ⁊ ↄpetit cuilib3 de po
pulo. Et in ea sic forma libel. Ago ego
S. cōtra. R. qui in ea parte vel loco vn
de vulgo iter fit: impositū h3 quod si ca

deret damnū dare posset: vnde ipsum in.x.aureis condemnari peto:⁊ ad hoc propono actio.in fac.ex edicto: ne qs a liqd habeat positū in subgrūda ⁊c̄. Qđ ita recte concipiat̄ libell⁹ probat̄. ff. de his qui deic. vel effu.l.si vero.§. pretor.

¶ De actione in factum que datur contra agrimensorez.

¶ Si agrimensor dolo malo renūciat falsum modū vel pl⁹ vel min⁹ita ꝙ no ceat emptori vel vēditori vel mihi vel tibi ī iudicio finiū regūdorū ⁊c̄. dat̄ contra eū hec actio:⁊ dat̄ ei cui⁹terra male mēsurata est ad suū interesse: vn̄ sic forma libellū. Ago ego. S.contra. R.q male dolo vel lata culpa renūciauit mihi cū ipsum mitterem ad mensurandū iugera vel fines renūciauit enim esse.x. iugera ⁊ minora iueni ⁊ renūciauit fines vsqȝ ad talē locū:tantū protendi: q̄ vlterius producunt̄: vnde interesse meuȝ peto qđ estimo.x.⁊ ad hoc propono ac. in fac.ex edic.si men.fal.mo.dix. Qđ ita recte ꝯcipiat̄ li.dicit lex.ff.e.l.ij.§.j.

¶ De actione in factū ex edicto q̄ intulit mortuū in locū alienuȝ.

¶ Hec actio competit ei cui⁹ predium corp⁹ aliqđ illatū est mortuū contra sepelientem ⁊ ei⁹ heredē: vt det preciū loci.⁊ stabit ibi mortu⁹: vel tollat ⁊ auferat inde sepultū. In ac actōe sic format̄ lib. Ago ego.S.ꝯtra.R.q in locū meū purū talem me inuito intulit mortuū .s. talem vnde aut ip̄m mortuū remoueat aut mihi illi⁹loci p̄ciū qđ estimo.x.p̄stet peto ⁊ ad hoc ꝓpono actionē in fac.ex edicto q intulit mortuū in locū alienum. Qđ ita recte concipiat̄ libellus probat̄. ff.de religio.⁊ sumpti fu.l.is qui.

¶ De actione in factū funeraria.

¶ Si aliqs sepelit mortuū:⁊ in ei⁹ funus facit impensas; pretor ad recuperandos sumpt⁹ siue expensas ab herede defuncti succurrit funeranti per hāc actionē:in q̄ sic forma libellū. Ago ego S.contra. R. a q̄ peto mihi solui.xx. q̄ expendi in fun⁹sui patris:cui⁹est heres ⁊ ad hoc propono actionem in factū funerariā. Qđ ita recte conci.lib.dicit lex ff.de religio.⁊ sum.fu.l.si qs sepulchrū §.pretor ait.⁊.l.at si quis.§.hec actio.

¶ De actione in factum de loco religioso vendito pro puro ⁊c̄.

¶ Hec actio competit ei q habȝ sepulchrū vel aliquem locū religiosum queȝ aliqs extrane⁹ vendidit tāꝙ nō religio suȝ ⁊ emptor iponit vl' edificiū vel aliud in loco illo vel prohibȝ dn̄m loci inferre ibi mortuos ideo consulit̄ sibi per actionem in factū contra illū vt tollat posita ⁊ reddat ad antiquū statū immo vt prestet interesse.⁊ etiam loci p̄ciū vt.ff.de religio.l.ossa.§.si loc⁹:⁊.l.liberi.⁊.l.is q. Unde in hac actione sic forma libellū. Ago ego.S.contra.R.q locū meū religiosum pro puro vendidit Titio:q in loco eodē edificauit:vn̄ mortuos libere inferre nō possum vel mortuos mō iferre prohibet:vnde vt iposita tollat:vel mihi meū interesse prestet ago ꝯ ipsum:⁊ ad hoc propono actionē in factū. Qđ ita recte ꝯcipiat̄ libell⁹ ꝓbat̄ lege p̄cal.

¶ De actione descendente ex iureiurando informiter delato.

¶ Si contentio est inter me ⁊ te de aliq̄ re quam tu possides ⁊ ego dico illam esse meam:sed informiter.i.non ex qua cā:sed tu dicis ad te pertinere: tandem tu mihi deferendo iuramentū dicis iura ꝙ res ista sit tua ⁊ ego illam tibi restituam: vel econtra ego actor tibi cōcedo quo facto nō vis restituere vnde pretor inducit actionem in factū q̄ orit̄ ex iureiurando delato per quam consulit iurā

ti q̄ possit rez auocare: sed aliter posses sor ꝛ aliter petitor: nam possessor habet exceptionem contra petitorem: vel actionem: si forte possessor a possessione cecidit: ꝛ peruenit ad petitorez: vnde sic forma libel. Ago ego. S. contra. R. q̄ cū ab eo rem talem peterem quam dicebam meam esse: detulit mihi iusiurā dū ꝛ iuraui rem illam esse meam: quaz rem mihi tradere recusat: vnde vt tradat mihi ꝛ assignet: ago contra illuz: ꝛ ad hoc propono actionem in factū ex iureiurando informiter delato decedentē Quod recte cōcipiatur libell⁹: dicit lex ff. de iureiu. l. nā ꝛ postea. §. vlt. cū. l. se. ꝛ. l. sed etsi. poss. per totam. l. Si autem possessor a poss. cecidit ꝛ res deuenit ad petitorem q detulit: concipiat̄ ita libel. Ago contra. S. q cū rem a me peterit quam dicebat suam esse: ipso deferente iuraui rem illam meaz esse: vnde cum a possessione rei illi⁹ ceciderim ꝛ ad ipsum peruenerit rem mihi illam prestari peto: ad hoc propono vt supra probat̄ ff. de iureiurando. l. sed ꝛ si posses i pn. Et hoc verū est quando possessor iurauit rem suaz esse: secus si iurauerit rem petitoris non esse tunc nullam habeat actionem: sed tantū exceptionem: vt in l. preallegata.

¶ De actione in factū ex edicto si mulier vētris noie cā cal. in poss. esse dicat̄

¶ Hec actio competit heredib⁹ instituis vel ab intestato succedeñ. aduersus vxorem defuncti: q̄ maliciose ꝛ ita p calūniam dicit se esse grauidam a marito mortuo: ꝛ ita nomine pueri quem se dicebat gestare in vtero petit se immitti i possessionem hereditatis: ꝛ datur totum interesse contingens heredibus: vt. ff. code. l. j. in ea sic forma libellū. Ago ego. S. contra talem dominaz q̄ fingens se grauidā cū nō esset: vel esset: nō tamen ex viro suo: per calūniam petijt missionē in bonis Titij quondā viri sui ꝛ missa fuit: de qb⁹ bōis percepit qd̄ valet centū: dū ꝛ multa de bonis illis diminuta sunt q̄ valent. xx. vnde cū sim heres Ticij: ideo contra predictam dominā ago ꝛ predicta peto: ꝛ ad hoc propono ac. in factum ex illo edicto. si mulier ven. no. in poss. per calumniam missa esse dicatur: probatur. ff. cod. l. j. §. j. ꝛ. §. competit: ꝛ. §. fina.

¶ De actione in factū ex edicto si vētris nomine mulier in possessione missa dolo malo ea pos se. ad ad aliū traslata esse dicat̄.

¶ Hec actio competit ꝯtra mulierem q̄ postq̄ missa est in possessionē ventris noie ipsa possessionē illā i aliū trāsfert ꝛ sic damnificat̄ heres q de iure succedere pōt: q2 ille in quē translata forte bona fide fruct⁹ consumit: vel si mala fide est non soluendo: vnde dat̄ actio heredib⁹ ꝛ qbuscūqz alijs quorū interest ad interesse: ꝛ in ea ita concipe libellū. Ago cō tra dominam. B. q̄ missa in possessionem bonorū quondam Titij cuius heres sum ex testamento vel ab intestato: illam possessionem dolo malo ad aliū transtulit: vnde interest mea in cētū: qd̄ interesse peto: ꝛ ad hoc propono actionem in factū vt. s. Qd̄ ita recte ꝯcipiat̄ libell⁹: dicit lex. ff. e. l. j. primo responso.

¶ De actione in factū ex edicto. Qd̄ falso tutore auctore neg. gestū eē. dicet̄.

¶ Hec actio competit ꝯ cū q scit se nō esse tutorē gerit tamen se pro tutore: aliēnādo res pupilli: ꝛ auctoritatē prestādo ꝛ similia faciendo ꝛc. ꝛ ideo si damnificet̄ ex eo q cōtraxit: aget ꝯtra illū ad totū interesse suū per actionem in factū ex edicto. Qd̄ falso tutore ꝛc. Et in ea

sic forma libellū. Ago ego. S. contra. R. q dicens se tutorem pupilli Titij: cuius nō erat: imo sciens nō esse tutorem: falso asseruit & dolo malo se esse tutorē vnde cū ipso & cū dicto pupillo: eo aucto risante contraxi: vnde cum falso tutore auctore contractus habitus non teneat & me contraxisse cū vero tutore interest in. xx. ideo illa. xx. peto: & peto etiā sumptus quos facturus sum in iudicio restitutionis quam minor petit contra me quos estimo. c. solidos ad hoc propono actionem in factū ex edicto: q falso tutore &c. probatur. ff. eo. l. j. §. j. & l. nouissime & l. etiam alias. §. pompeius.

¶ De vtili actione in factum ex edicto quod fal. tuto. aucto. neg. gesto. esse dicetur.

¶ Si propter falsum tutorem interpositus damnificat impubes: pretor impuberi succurrit vt contra illum habeat actionem vtilem in factū ex illo edicto qd falso tutore &c. premisso i qua sic forma libellū. Ago ego. S. contra. R. qui dicens se meū tutorem cum non esset in iudicio qd cū Ticio habebā confessus est talia: propter q damnificatus sum in centū: vnde illa centū peto: & ad hoc propono actionem in factum vtilem ad exemplū edicti: qd falso tutore &c. Qd ita recte concipiatur libellus dicit lex. ff. eodem. l. vlti.

¶ De actione in factum ex edicto: si quis demissa causa testamenti &c.

¶ Hec actio competit contra heredē institutū: nolentem adire hereditatem ex testamento: sed ab intestato: vt per hoc possit legatarios eo q eis relictū est in testamento priuare: & competit legatarijs & fideicommissis: qb⁹ succurrit pretor: contra illū q hereditatem illam ex cā testamenti omisit: vt per inde consequat ab eo: ac si hereditatis ex testamento adita foret: vnde in actione ista sic forma libellū. Ago ego. S. contra. R. q cū fuisset heres institutus a Ticio q mihi in testamento. xx. reliqt in fraudem legatariorū hereditatem illā omisit: & ab intestato possidet: vnde ac si ex testamento adijsset peto mihi legatum prestari ab eo: & ad hoc propono actionem in fact. descendē. ex edict. si quis omissa cau. tc. Quod ita recte concipiatur libellus: probatur. ff. eodem. l. j. & l. de libertatibus. §. heredes.

¶ De actione in factum ex edicto de publicanis.

¶ Si publicani q & exactores tributorū appellant: exigūt vltra debitū: siue colligant collectam: siue qd cūq publicū gerant officiū: pretor contra eos actionem in factū ex edicto de publicanis induxit: per quam compellit publican⁹ restituere in duplū ifra annū & post annū in simplum ei a quo exegit: vnde in hoc edicto sic forma libellū. Ago cōtra R publicanū dñi imperatoris: vel rei publice: q nomine publicani sciens me nihil debere: exegit a me decem vnde illa. x. peto mihi in duplum restitui: & ad hoc propono actio. in factū: ex edicto de publica. Qd ita recte concipiat: dicit. l. ff. de publi. l. j. & l. sed hi. §. preterea.

¶ De actione in fac. ex edicto de liberali causa.

¶ Si aliqs liber patit se venūdari ad preciū participandū: & sic omnib⁹ illis concurrentib⁹: scz q sit maior. xx. annorum: & q sciat se esse liberū: & q habeat partem pcij: & q vendat alicui ignoranti conditionem eius liber seru⁹ efficit: alioquin si ista non interueniūt: vel aliqd desijt: ille q patitur se venundari: he

ne potest revocare vel proclamare in li
bertatem: ⁊ si venditio irritaẗ: vnde pre
tor succurrit emptori per edictum suũ: ⁊
dat sibi actionem in factũ contra illũ q
modo proclamat in duplũ ⁊.j.annũ: in
q̃ sic forma libellũ. Ago ego. S. contra
R. q sciens se liberũ: se ad preciũ parti
cipandũ venũdari passus est a Titio
mihi ignoranti conditionem suaȝ ⁊ cre
denti cũ seruũ esse: ⁊ ipse post ea ad li
bertatem proclamauit ⁊ obtinuit cũ om
nia ea q̃ debuerũt interuenire non inter
uenerũt vnde cũ pro emptione ipsi⁹ mi
hi absint. c. ideo. illa centũ in duplũ sol
ui peto ⁊ ad hoc propono actionem i fa
ctũ ex edicto de liberali cã. Q̃ð ita recte
ꝯcipiaẗ libell⁹ dicit .l.ff. de libera. cau.l.
rectissime. ⁊.l. intantũ. ⁊.l. vel obigatus

¶ De actione in factum ex edi
cto de bo. aucto. iudi. possi.

¶ Hec actio competit contra missum
in possessionem in actione personali: q
cũ colligit fruct⁹ vel rem: facit deteriorẽ
q̃ tenẽt ad fruct⁹ ⁊ interesse: iste cui tan
q̃ custos non debet fructus colligere: vt
ff. vt in pos. lega.l. pen. in hoc edicto sic
forma libellũ. Ago. ego. S. contra. R.
q cũ missus esset in possessionem talis p̃
dij mei vel dom⁹: vel rerũ mearum fru
ctus tot ex illis reb⁹ percepit: vel res de
teriores fecit: vnde vt fruct⁹ illos mihi
restituat: vel damnũ datũ resartiat ago
contra illũ: ⁊ ad hoc propono actioneȝ
in factũ ex edicto pretoris de bonis au
cto. iudi. poss. Q̃ð ita recte concipiatur
libellus dicit. l. ff. codem. l. pretor ait. pri
mo responso.

¶ De actione in factũ ex eodem
edicto ꝓ expensis recuperãdis.

¶ Si creditor q immissus est in pos
sessionem rerũ mearũ cã rei seruande:
fecit expensas in reb⁹ illis recuperat il
las a me per actionem in factũ ex edi
cto de bo. aucto. iudi. possident. pro ex
pensis recuperandis: ⁊ in ea sic forma
lib. Ago ego. S. contra. R. q cũ fuisseȝ
missus in possessionem bonorũ ei⁹ vel
rei talis ex cã contumacie ei⁹ vel alia cã
expendi in reb⁹ illis. c. q̃s expensas mi
hi restitui peto: ⁊ ad hoc propono ⁊c̃.
probaẗ. ff. cod. l. pretor. §. quod autem.

¶ De actione in factuȝ ex edicto si
qs testamẽto liber esse iussus fuerit.

¶ Hoc edictũ competit contra seruuȝ
q in testamento iussus est liber esse: sur
ripientem aliqd de bonis hereditarijs
post mortem dñi ante aditam heredita
tem: ⁊ heredib⁹ competit: vnde sic for
ma libellũ. Ago ego. S. contra. R. q cũ
in testamento Titij quondam domini
sui relicta esset sibi pure libertas: cui Ti
tio ego successi: q2 me in illo testamento
heredem instituit: post mortem ipsius
Titij ante aditam hereditatem res ta
les subtraxit: vel damnũ in reb⁹ heredi
tarijs dedit. dolo vel lata culpa: me sciẽ
te illũ res illas subtrahere: vel damnũ
dare: vñ ipsum in duplũ mihi condem
nari peto: q̃ ad hoc propono ac. i fa. ex
edic. pretoris: si qs testamento ⁊c̃. Q̃ð
ita recte conci. lib. dicit. l. ff. co. l. j. respõ
so. j. §. itaqȝ: ⁊. §. non tamen: ⁊. l. pe.

¶ De actione in factũ: ex edicto cu
ius dolo malo dãnũ in turba eẽ dr.

¶ Si turba coadunata damnum dat
alicui p̃tor dat actionẽ in fac. dãnũ pas
so ꝯtra illũ q damnũ dedit. j. annũ vti
lem in duplũ: post in simplum: vt. ff. vi
bo. rapt. l. p̃tor in prin. ⁊ in ea sic forma
lib. Ago ego. S. cõtra. R. cui⁹ dolo ma
lo in turba damnũ datũ est mihi in cen
tum: vel tãtũ amisi: vel talia scissa sunt

vel fracta vel rupta: unde illud i quo dã nũ passus sum: vel ea q̃ amisi ⁊c̃. in du plũ mihi emẽdari peto ⁊ adhoc propo no actionẽ vt.s. Quod ita recte concipiat̃ dicit. l. ff. vi bo. rap. l. pretor. j. responso.

¶ De actione in factũ ex edicto de incen. rui. naufragio.

¶ Si orto incendio: ruina vel naufra gio iminẽte: aliqs q̃ res aliq̃s surripiũt dolo malo vel damnũ dant. idẽ est in ra te naviq3 expugnata ió p̃tor ↄtra p̃di ctos actionẽ in factũ inducit p quam te nent̃. j. annũ vtilẽ in q̃druplũ: ⁊ post an nũ in simplũ: vt. ff. de incẽ. rui. nau. l. j. §. j. vnde in ea sic forma libel. ago ego. S. cõtra. R. q dolo malo recepit vel ra puit res tales: vel in eis damnu3 dedit qñ dom⁹ mea passa fuit incẽdiũ vel rui nã vel qñ nauis mea fuit passa naufra giũ vel fuit expugnata: vñ in q̃druplũ cũ mihi ↄdẽnari peto ⁊ ad hoc ꝓpono ac. i fa. vt. s. Quod ita recte cõ. li. di. l. p̃al.

¶ De actione in factum ex edi cto de sepulchro violato.

¶ Si qs sepulchrũ violat: vel spolian do mortuũ: sicut de facto vidi: vel amo uendo aliqd de sepulchro siue illud esset illi affixũ siue non: peto ↄtra illũ actio nẽ in factũ inducit vsq3 ad. c. aureos: p quam si ille agit cui⁹ interest: puta agna tus vel cognat⁹ vel heres: consequit̃ totũ interesse quantũcũq3 sit: vt. ff. de sepul. vio. l. pretor. §. q de sepul. In ista actiõe ita concipit̃ libell⁹. ago ego. S. contra. R. q dolo malo violauit sepulchrũ tale puta spolians mortuu3 ibi sepultũ: vel lapides seu statuas remouendo: vñ cũ ex tali violatione sit illata iniuria mihi ⁊ defuncto: ⁊ damnũ dedi tm̃ ⁊ tantu3 asportauit: q̃ oia vt facta non essent in terest mea in. c. aureis: vñ illud interesse peto ⁊ ad hoc propono actionẽ: vt. s. Quod ita recte concipi. lib. dicũt. ll. preal.

¶ De damno infecto.

